


95

Ji
5255





oo R



TYROCINIUM
APOLOGETICVM

Danielis Crameri,

Pro
Præceptore suo

*Dn. D. POLYCARPO
LYSERO, ad vindicandam Historiam
Iesuitici ordinis, ab Eliâ Hasenmul-
lero conscriptam :*

Solidè oppositum futili Apologiae Iesuiticæ, à
PETRO STEVARCIO LEODIO,
Professore & Parocho Ingolsta-
diano, editæ.



VVITEBERGAE,
Typis M. Georgij Mullerj.
Sumptibus Andreae Hoffmanni,



INSCRIPTIO STEVARCHII
ad POLYCARPUM
sic habet.

TOta die Injustitiam cogitavit lingua tua, sicut novacula acu-
ta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis
quàm loqui æquitatem.
Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.
Propterea Deus destruet te, in finem evellet te & emigrabit te
de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.

RESPONSIO D. POLICARPI
ad Lutheranos.

Charissimi, nolite peregrinari in fervore, (qui ad tentatio-
nem vobis sit) quasi novi aliquid vobis contingat: Sed
communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatio-
ne gloriæ ejus gaudeatis, exultantes. Si exprobamini in nomi-
ne Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, &
virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos requiescet. Ne-
mo autem vestrum patiatur sicut homicida, aut fur, aut malefi-
cus, aut alienorum appetitor. Si autem, ut Christianus: non
erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine: quoniam
tempus est, ut incipiat judicium à domo Dei, 1. Pet. 4.

Th. Bl. 193

STRENOVO

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO, DOMINO IOHANNI LÖSERO IN PRETZ; SEPTENVIRATUS Saxonici inclyti Marischallo hæreditario; Majorum juxta dignitate immortalis, quam propria virtute, doctrina, & fide admirando; Domino Mecænatii & fautori suo omni observantiæ cultu honorando.

D. D. D.

EST ILLA NOBILISSIME Vir, omnium verè Nobilium, vera Nobilitas; Evangelium Christi sincerè fovere, Pietatem sectari, Bonas Litteras amare, Litteratos colere. Illa est, & est illa tua inprimis Nobilitas, quam constanter in te veneratur Ecclesia nostra, prædicat Academia, collaudat Saxonia patria. Illa, de Te Tutore; ista de Patrono; hæc de Alumno suo mirè sibi gratulatur. Illa quidem, quod sæpenumero Christianâ Constantiâ, sic Fidei tuæ lucem sparseris, ut non tantum exemplo tuo veros Fratres Lutheranos confirmaveris, verum etiam Re & Consilio falsos fucos abegeris. Ista, quod singulari in studia litteraria amore, Ordinem Virorum Doctorem, ipse doctus, illustrem & devinctum tibi reddideris. Hæc, quod amplâ Pruden-

) (2

tia

ria Politicæ virtute, patrios Lares & iuveris, &
sartos tectos conserva veris? Sexcentos hinc ca-
sus, sexcenta hinc beneficia nominatim numerare
possem, si Soli lucem fœnerari esset animus. Sed
non est. Vnum nostræ & Ecclesiæ & Academiæ
decus, Doctorem Polycarpum Leyserum, Theo-
logum, quem honoris gratia nomino, hinc tan-
tum referam. Quid enim est officij, quid amicitie,
quid benevolentie, quod in Virum illum non con-
tuleris? quem multis jam annis non dico obser-
vasti, sed amasti, non magnificisti, sed honorasti.
Vidi ipse quantâ observantiâ, quantâ benevo-
lentiâ, quantâ animi promptitudine exceperis Virum
illum, apud te superioribus mensibus transeuntem, ut in-
de, quasi ἐκ τῶν οὐρανῶν λέοντα, sic ego tuam singularem
erga Ecclesiâ & Scholas, omnesq; pie literatos, &
literate pios, benevolentiam, p̄fundè perspicere potue-
rim. Perspexi eam certè, perspectam mecum probavi,
probatam alijs prædicaui. Idq; eò magis, quò Evangelij
hostes, comperi, strenuius in omnes Doctores no-
stros, maximè in illum, de quo sermo est, calumnijs
irruere. Atq; sic contuli inter sese, quid Hostes Ma-
li in Polycarpum dicerent, quidq; Tu & cæteri Boni
in illum facerent. Illi quàm malè dicebant, tam vos
benè faciebatis. Res ipsa, calumnias meras detege-
bat. Atq; hoc eò liquidius oculis patebat, quod ipso
tum tēpore, fallendi otij gratia, in itinere Calumnia-
tor quidam & hostis Ecclesiæ nostræ Stevarcius ad
manus

manus mihi erat, quem inter eundem legendo, cre-
pundiarum loco (tam ille est crepax) habuimus. Di-
ci autem non potest, quam jucundum mihi & cæteris
comitibus auditu visuq; fuerit, Calumniatorem non
verbis sed re ipsa refutari. Stevarcium in curru legi-
mus, quod nescio quas notas calumniosè inureret
Polycarpo, abjectum, leuem, famosum (pudet memi-
nisse) proclamans: in tua autem Arce & oppido,
aliosq; apud viros Bonos, Illustres, Magnificos, cla-
ris eum vidimus affici honoribus. Ita lis erat Facto
contrario cum verbis, & Veritati cum falsis crimi-
nationibus, atq; illa lis talis, ut Facto cederent ver-
ba, ad Veritatem evanescerent mendacia. Misere-
bar Stevarcij, & simul obstupescebam, hærens, i-
gnorantianè magis an malitiã peccasset; Annota vi
quædam pugillaribus, ut, quæ ridendi materiem sug-
gererent, esset luculentius. Nam mens Dn. Poly-
carpi tam erat sibi recti conscia, ut non posset aliter,
quam mendacia illa famosa videre. Plus nobis autè,
fateor, bilis quam illi movebatur, & indignabamur
oculis auribusq; nostris, quod hujusmodi audaces &
effrontes impudentias audiremus, videremus, lege-
remus. Sic factum est, ut dum à nobis plus quam à
Stevarcio Dn. Doctor moveretur, de Responsiun-
cula cogitaret, & dum lectio caleret, mihi (impari
licet) hoc oneris ferundi imponeret, quod ipse scili-
cet hasce nugas non dignaretur propriã responsione.
Suscepi, & quæ passim inter curules deambulationes

Hinc inde annotavi, conieci domi in chartulas. Quas
tibi Vir Nobilissime mitto & dedico. Flagitabat e-
nim hoc summa & vetus tua in hunc virum, quem
defendo Amicitia, quæ tanta est, ut publica etiam
mereatur præconia: flagitabat etiam id, quod addis
ad generis tui Maiorumq; dignitatem. Maiores tui
nulli fortitudine bellica secundi esse voluerunt, unde,
in bello primi, in bello ultimi, in defendendo Princi-
pe haud segnes fuere. Hinc etiam, ut fama est, cum
in periculis Martijs, Dux Saxoniae eò vi & sorte
belli aliquando redactus esset, ut in manus hostium
illaberetur, & nunc res ad novacula aciem venisset,
tum ecce tui Maiores, manu bellicâ, lorica virili in
hostem irruentes, Principem suum salvum, liberum,
incolumem, reduxerunt, unde etiam hoc adhuc LÖ-
SERORUM nomen (quod videlicet Redemptores
Patris Patriæ audiatis) gens tua jactitat, & hono-
rarij loco, de Hæreditate Martischallâ gaudet, ad
natos usq; natorum, & qui nascentur ab illis. In his
Maiores tui clari fuere. Tu ad Gentilitium forti-
tudinis bellicæ lumen, Pietatis, Religionis sinceræ,
& Doctrinæ jubar addis, hoc illo non minus, vel
ipso Spiritu sancto teste, in cuius oculis res hæc tan-
ta est, ut nulla possit esse maior. Nam quid de & no-
bilibus & aulicis Viris Iosepho, Davide, Daniele,
Nehemiâ, Esrâ dices? an in ijs magis suspicienda,
splendor regius, aulica auctoritas, Vita nobilis, quàm
vera Religio, Pietas, agnitio Dei, omniumq; rerum
Doctrina

Doctrina & Sapientia? Nec in Iosepho Arimathæo
& Nicodemo, præstantius, quod hic ex Principibus,
ille ex Senatoribus Urbis fuerit, quàm quod uterq̃,
corpus Christi myrrhâ & aloë inunxerint, & sindo-
ne precioso involverint. Et quid tu aliud, dum Vi-
ros in Ecclesia Dei & Scholis foves, magnificis, co-
lis, quàm ut sindone & myrrhâ membra corporis
Christi ungas, foveas? Myrrha enim & Aloë con-
servat corpora à putredine: Beneficentia autem &
Patrocinium in viros Doctos & Magnos collatum,
ne præcipua templi Dei membra, totiusq̃ Ecclesiæ
corpus collabatur, efficit. De his pluribus dicere,
supersedeo, cum Pio vel dictum sat sit. Et nihil ad-
do amplius, quàm ut hoc meum Tyrocinium, pro Do-
mino D. Polycarpo Lysero, Præceptore & Fauto-
re meo observando, sub tuis auspiciis editum, illo a-
more prosequi digneris, quo illum cuius nomine hoc
susceptum est. Vale & vive. Dabantur VVite-
tebergæ ex Museo nostro, Anno 1594. Kal. Aus-
gusti.

M. Daniel Cramerus.

Errata

Errata Typographica
vide,

Pagina 2. linea 9. Sterquilinio. p. 4. in marg: dele, veris. p.
5. l. ult. potius. p. 8. l. 33. Anno. p. 11. l. 13. habendum.
p. 12. l. 16. pejerasse. p. 13. l. 23. fieret. p. 16. l. 14. conformita-
tis. p. 19. l. 5. cuius. p. 23. l. 30. καὶ αὐτὸ. p. 27. l. 18. neat.
Ibid. l. 26. propius. p. 29. l. 29. Possevinus. p. 30. l. 29. Bel-
larminus. p. 31. l. 8. propositionem. p. 35. l. 27. Numen. p. 38.
l. 32. redarguere. p. 41. l. 10. Imperatorem. p. 43. l. 15. omnia
p. 44. l. 7. læsa. Ibid. l. 27. balenis. p. 45. l. 25. deliranter. Ibid.
l. 40. oggannias. p. 50. l. 12. non possum non. Ibid. l. 18. eam
partem. Ibid. l. 20. vociferantur. p. 55. l. 27. liberatos. p. 59.
l. 13. ferveat. p. 61. l. 17. scelestus. p. 64. l. 26. exaggeramus.
p. 75. l. 35. Etiam sic. p. 80. l. 13. non tantum. p. 83. l. 31. ma-
jor. p. 85. l. 8. nescis. Ibid. l. 22. Nolo. Cetera Lector bene-
volè corrige.

TTROCI.

TYROCINIVM A. I. POLOGETICUM

Pro Præceptore suo

*Dn. D. POLYCARPO LEISERO
ad vindicandam Historiam Iesuitici Ordinis,
oppositum Petro Stevarcio Leodio.*



Eminem fore arbitror, Lector Christi-
ane, cui vel tantillum de Vita, animis
& moribus Iesuitici Ordinis constet,
qui eius sit dementiæ ut in Editione
Historiæ Iesuiticæ Dominum D. Po-
lycarpum Leyserum hac fuisse senten-
tia arbitretur, se magnam gratiam, &
benevolentiam à manipulo Iesuitarum eorundemque
complicum reportaturum, quod illorum res gestas, pro-
ut essent, Orbi Christiano decantaret. Imò verò aper-
tè multis, quorum testimonio nunc adhuc gaudet, præ-
dixit se Historiam hanc ab Elia Hasenmullero descri-
ptam edendo, & à blattis vindicando, & emittendo in
lucem, idem sibi usurpare posse quod Christus Matth.
10. de suis Apostolis ablegatis dixit, Ecce ego mitto vos
sicut Oves in medio Luporum, adeò non ignoravit Ie-
suitas Historiam hanc ut Oviculam laceraturos & in i-
psum quoq; Editorem scævituos. Et rectè sibi usurpa-
vit Xenophontis, ὁρῶ δ' ἐγὼ ὅποσοι σφῆκαι ἐξαίρετον ἐδλον-
ται ὑπὸ ποδῶν τιπτομύσε. Video ego eos quicumq;
crabrones eximere ab antris suis volunt, à multis crabro-
nibus feriri.

Iesuitarum enim vitam & historiam hætenus (a)
Stevarcio teste arcanam enarrare velle, quid est aliud
quam crabrones ex alveis suis & antris evocare? Nec
profectò sefellit bonum illum virū opinio. Quamprimum
enim Historia illa lucem aspexisset, imò adhuc sub prælo
genituræ

(a) Page
1. Apol.

2. genituræ suæ esset, & vix aurorâ diei sui primulam vidisset, ecce iam tum statim evolant contrabombifantes quidam fuci, maledicè murmurantes & aculeos suos acutes, & mirificè contra hoc opus Historicum vibrantes. Atqui hic nihil novi, nihil insperati, nihil non prævisi. Re prævisa ergo contempsit & magno animo contempsit illos maledicos bomboz, nihiliq; fecit chartulas quasdam vilissimas, contra ipsum missas, quas sterquilineo suo hac illac denigrassent, hac spe fretus, illos pudore confusos ad latebras suas ultrò redituros. Sed Irritatio nimia erat, quæ consopiri aut expiari tam facile non poterat. Unde agmine suo crabrones Iesuitici coacto, communem quendam suæ causæ Actorem Causidicum & legatum alio angulo miserunt, qui non tantum ipse, ut alij, maledicus esset: Sed & ut Prodromus secum aliquid novi terroris afferret, affuturos nempe brevi alios (fortè septem spiritus nequiores ipso) qui vehementius coarguturi sint ea, quæ ipse omiserit, ne scilicet quicquam impunitum relinquatur.

Stevartius
in Apol.
ad Lecto-
rem in si-
ne.

Causidicus ille, quem dixi, nominat se Petrum Stevartium Leodium Theologiæ in Academia Ingolstadiana Professore, Ad D. Mauritium ibidem Parochum, Consiliarium Ducalem Bavaricum & ad S. S. Apostolos Coloniae Præpositum, hominem, ut ex his multis titulis audis, fortè spectatum & gravem, is suscipit causam huius agminis, & magnopere pro illo depugnat. Reliqui omnes surdis auribus audiendi videbantur, & contemnendi, hic non item: Quis enim non exspectet aliquid ardui, cum tam celebris Academiae Professore? Quis non aliquid sancti, pii & veri; cum & Theologum & Parochum & Præpositum? Quis non aliquid Magnifici, cum Consiliarium quendam proditurum intelligat, & de tanto negotio dicturum? Ita Dominus D. Polycarpus, ita nos omnes certò statuebamus. Sed ut fit plerumq; parturiebant etiam nobis montes, & nascebatur ridiculus Mus, adeò nihil Prudentiæ, nihil magnificentiæ nihil sanctimoniæ, nihil pietatis, nihil veri-
tatis

30
tatis spei nostræ reddebatur : Verba erant quæ sænera-
bamur, & quidem verba inania, nec inania tantum, sed
felle & amaritudine calumniarum tantopere tincta, ut
ne homo quidem, ne crabro susurrare sed ipse Cerberus
latrare videretur. Res illas in quibus cardo potissi-
mū versabatur non attingit, sed ut videatur aliquid refu-
tare, fingit Hypotheses qualdā, easq; affingit Hasenmul-
lero & Polycarpo, tandēq; contra illa sua umbratilia so-
mnia disputat : quæ hīc recenserem nisi infra suo loco
melius commemoranda venirent; Tu saltem memor sis,
me hæc in initio hoc loco dixisse, & in sequentibus com-
probaturum. Quod si aliquando fortè rem gravem &
contra se facientem attingat, refutandam, nihil aliud af-
fert, quam Suum illud Rusticanum **MENTIRIS**;
si rationem illius mentiris quæras, iam noster Petrus do-
mi non est, quod etiam ut hīc dicitur, ita infra à me
probabitur. Cætera quibus pagellas complet, sunt verba
maledica, in Eliam & Polycarpum. Quæ ut Lector unico
intuitu, ceu in lacuna quadam contemplari posset, & e-
go vera me dicere in frontispicio statim comprobarem,
Farraginem illorum hīc summam colligerem : Sed
vereor, ut venenosa & dira harum criminationum exha-
latione inficiatur vel Lector vel auditor. Plus milli-
es enim repetit suum illud Mentiris; Itemq; Levem, In-
doctum, mendacissimum, improbum, sceleratum, im-
pudentissimum, stultum, execrandum, impudentem, Im-
prudentem, maleficum, nequam, futilem, scurram, Orci
Incolam; plus centies nominat: absisto ne his verbis in-
fernalibus aër inficiatur. Et hoc tantum addo; Rectè
fecisse Æneam, quod Cerbero latrati offam obiecerit, qua
consopitus tacuerit, ne iter illius interrumperetur, id
quod etiam hīc ne diutius detinear, faciendum mihi vi-
detur. Colligendo ergò hæc dira crimina omnia, in
unam confundo ollam, eaq; ad consistentiam decoquens
tibi Causidico Iesuitico obijcio, ut illa crimina absorbeas,
ablambas, deglutias, devores, & sis ille ipse intus &
in cute tua, quem Polycarpum & Eliam esse criminatus
es. Nunc ad rem ipsam accedo, ubi nolim te à me ex-
pectare

4. peccare omnis generis convitia & criminationes tales
quales tu in Præceptorem meum D. Polycarpum turpi-
ter evomuisti, sed solidam & realem tuæ verboræ & ven-
tosæ Apologiæ refutationem, & ocularem δέξιμ, ne la-
tum quidem unguem ex sede sua Historiam nostram de
Iesuitico ordine à te semoram esse, & Apologiam tuam
quâ exacerbare & armare contra nos voluisti Principes
& ordines Romani Imperij, Magistratum nostrum sem-
per honorandum, nil nisi ἀπόλογον narrationem verbo-
sam & fabulosam & ἀπολλείαν seu perditionem multo-
rum puta flaruum & ἀπολαλίαν meram seu effutitam lo-
quacitatem, qua multa dicantur pauca probentur, esse.
Id quo liquidius pateat, tuis vestigijs insistendo, ordi-
ne omnia ea quæcunq; aliquid ponderis habere videbun-
tur persequar, sic ut præterea tamen omnia garrulitatis
tuæ teretia mata, simulq; sepulta iam in ventre tuo male-
dictione intacta relinquam. Vnicum tamen prius ad-
do quod ferè exciderat, cur nempe tam imprudens fue-
ris, ut concesseris hanc supposititiam Apologiam ab ipsis
Iesuitis factam tuo nomine divulgari? Cur non alium
prius induxisti stylum, qui tuæ personæ gravi & sancti-
monia tuæ convenisset; qui non fuisset tam impetuo-
sus & iuvenilis; qui non γυναικός & quasi ad præscri-
ptum Thematis exercitij excolendi gratia factus? I-
mò cur non institisti cordatius & vehementius, cum Ie-
suitæ ad te venirent & hanc Apologiam confectam ti-
bi offerrent, tuo nomine divulgandam? In eo Vir fui-
sti, laudo, quod per integros quatuordecim dies con-
stanter abnegaris te nolle pati, ut illa Apologia tibi Au-
tori supponatur & ascribatur. Sed non laudo quod
tandem Virilem hunc animum muliebri trepidatione
commutaveris. Forte autem fregit animum tuum intem-
pestiva & constans in flagitando illorum pertinacia. Ex-
cuso. Nunc ignosce quod ad te Orationem meam diri-
gam, quia ipse in culpa es. Si tamen intolerabilia tibi
quædam hic sint, ea ad tuos πρώτοπλάσας rejice, &
quasi quæ te non tangant habe.

veris.

PROLE-

PROLEGOMENA A. 5.
POLOGIÆ STEVARTIANÆ;

*De causis cur ad hanc Apologiam
pro Jesuitis fuerit attractus.*

NE temerè videare pervenisse ad hanc Apologiam, principio causas tui consilij reddis, quibus attractus in hanc arenam, aculeum linguæ tuæ contra Polycarpum pro Iesuitis acueris : Causæ afferuntur, quas summarim recenseo, quatuor, miror, quod non plures protuleris :

1. *Vt merita & innocentiam Iesuitarum hæc tua oratione testatam orbi redderes.*
2. *Vt vindicares Romani Imperij Ordines, qui sic se habeant, ut criminatio & laudum detractio huius societatis cedat in dedecus & sempiternam ignominiam Monarcharum Mundi Inviçitiss. Imperatorum, Potentissimorum Regum, Sereniss. Principum Illustriss. Ordinum Orbis Christiani & Romani.*
3. *Vt vindices nomen & honorem Ingolstadiensis Academiae, quæ etiam cum fama Iesuitarum periclitetur :*
4. *Notitia & Amicitia, quam tibi esse dicis cum Suis.*

Hæc ultima causa privata est, cui facile manus damus ; & debuisset protius (si saperes) hæc causa à te plusquam

6. quam cimmerijs tenebris involui & tegi. Nam hac ratione ipse enervas tuam Apologiam, eiq; fidem derogas, ut quod in laudandis Iesuitis, non quid verum sed quid Amici fuerit dixeris; Periculosa enim sunt Amicorum laudes: & vix invenies, qui non det plusquam debebat Gratia & Amicitia. Volo ergo, Lector Christiane, ut quoties tibi occurrat haec Stevarciana Apologia, Apologia inquam, Encomium & defensio Iesuiticae compagnis, huc huc mentem referas, & a quo dicantur semper respicias; nempe ab eo cui jam supra 25. annos consuetudo intercessit cum illo Ordine. Quam verè ergo novit Obsequium Amicos, veritatem odium parere, tam certò etiam ea quae ad veritatem fecerint omittet, & ad Amicorum obsequium se totum comparabit. Argentum enim seu beneficium accepit, libertatem vendidit. Missa ergo hac, ad tres priores me converto: quae si quarta haec dematur exsucca & exsanguis planè sunt, imò mortuae, tantum abest ut te potuerint aut debuerint ad hanc Arenam protrudere. Nam 1. si tantum jubar tantusq; splendor est meritorum & innocentiae, Compagnis Iesuiticae, quid opus erat tua Apologia? At dicis; *pro Imprudentioribus & iniquioribus*: Esto. At verò illi quos tu Iniquiores & Imprudentiores vocas, vel erunt Evangelici vel Pontificij (quid enim Mahometicis cum hoc negotio?) Pontificij vero qui sunt, ij praè suo singulari & immenso in Iesuitas honore & amore omnes uno ore clamabunt, Iesuitas tales (etiamsi reipsa sint) non esse; nec praè splendore bonitatis Iesuiticae poterunt esse Imprudentes aut iniqui. Evangelicos verò, ex Imprudentioribus insanos, & ex iniquioribus iniquissimos facies. Nam quid esset insanius quid iniquius, quam si quis Iudicium quod de hoste suo coeperat ex hostis alterius verbis estimet & emendet? Certè tu Stevarci, si imprudentior & iniquior sis in iudicando Luthero, an prudentior & aequior redderis si pro Luthero Meláhton responderit? Adde quod dicas, *te testatam velle reddere innocentiam & integritatem vitæ*
morum.

morumque TOTI ORBI. De 7.

me, quælo aliquid. Nam tuæ chartulæ breviores sunt, quàm quæ Totum Orbem pervolare nedum attingere possint. Nec hoc caret animadversione, quod TV velis Integritatem Iesuitarum TOTI ORBI TESTATAM reddere. Nam si Testatum reddere, sic intelligas, quod per te primum illorum Integritas (hactenus incognita) Mundo primò patefcere debeat, magna, me hercule, existimationis particula per te decedit Iesuitico Ordini ex tuis his scriptis, quandoquidem putaverim Iesuitas de tota Ecclesia Catholica, non tantùm tota Germania, sed & de novis Insulis tam optimè meritos esse, ut nec tuo nec ullo alio testimonio indigeant, si Dijs placet. Quod si verò illam Iesuiticam integritatem Testatam reddere vis TOTI MUNDO ut testis, ipse te quæso, tuo Modulo metiens, fatere, Testimoniũ tuũ Incredulitati totius Mundi æquivalens non esse, imò verò te unum saltem Testem & ob id Nullum. Cum ergo Testis esse nequeas, & Præcone non sit opus, quid superest quod te moveat Testatam reddere velle Iesuitarum Integritatem toti mundo? Sed restat adhuc, *quod defendendum tibi sit Romanum Imperium à Calumnijs, ut quod nemo vituperare possit Compagniam Iesuiticam, quin simul vituperet Omnes Mundi Monarchas, Imperatores, Reges, & Principes.* Hic miror insignem tuam & Iesuitarum impudentiam, qui se tam arcto cum Imperatore, Regibus, Principibus, Ducibus coniungunt vinculo, ut nihil dici in Iesuitas possit, quin id statim in ipsos Principes redundet: Parum abest, quin vos fratres germanos, Affines, Consanguineos tantorum Dynastarum faciatis: Vnde, quælo, isthæc cognatio? Quid audio? qui

S qui maiestatem Iesuitarum lædit, is reus sit criminis læsæ maiestatis. Attendite vos Protestantes, cavete cavete, ne quid duriusculè in Iesuitas scribatis aut loquamini, si ea est Iesuitarum maiestas, Stevarcio teste. Parum erit, ut qui solium suum exæquant solijs Imperatorũ & Regum, illis se eminentius præferant. Sed inferunt, *quia nos fovemur à Principibus, quod si tales Alastores essemus illi participarent nostra vitia.* Heus tu, non statim quales Principes alunt tales etiam ipsi sunt. Nam alunt etiam Moriones, nec sunt tales, nec participant illorum stultitiam. At quod ais aut *amant aut ignorant Principes illa vitia in Iesuitis*; Respondeo, Non ignorant, imo multi sunt apud vos addicti Pontificiæ religioni, qui vos impensè oderunt. Contestor vos honestos Pontificios, iurate nonne res ita se habet? Scimus ita esse, negari nequit. Multi qui vos amant, amant personas, quantum illæ addictæ sunt religioni Romanæ, & oderunt in vobis scelera. Ita nec ignorant vestra scelera, nec amant illa, ferunt tamen patienter vestras personas, religionis ergò cui se dicantur. Et ita nihil adhuc proficis tuo hoc Dilemmate, quo inducere conaris, fieri non posse, quin etiam ipsi Reges & Principes tangantur si Iesuitæ petantur.

Quod subijcis de honore Ingolstadiensis Academię, ne & illa cum Iesuitarum fama pericliterur eiusdem farinae est, & haud maioris roboris. Academia enim Ingolstad. quanto apud nos in honore sit, vel inde patet quod quamplurimos etiam ex his locis ad mercaturam vestrarum literarũ, in Iure & medicina, mittamus, ut nihil acerbi vel Elias vel Polycarpus de illa conceperint unquam, cum Iesuitarum res gestas decantarent, certò persuasi, quod si Academia Ingolstadiana inde usque ab anno 1420. per totos annos plus centum & triginta salva & integra in florido flore literaturæ optimæ esse potuerit absq; Iesuitis, in posterum quoq. eandem salvam & floridam esse & futuram, si vel Iesuitæ Pyxides sint axungiarie ad carrhas Aurigarum Noribergensium suspensæ:

suspensæ: & proinde non esse omnium Academiarum, 9.
Regionum, & Aularum σωδισμὸν & ἐνωσιν, cum Iesui-
tis talem, ut stantibus Iesuitis stent, cadentibus cadant,
& cum Accusatis accusentur, cum laudatis laudentur.
Quod si verò mordicus illa tueberis, cogita tecum Aca-
demiã VVitebergensem non minus vocatam iri in pe-
riculum, si non tantum Polycarpi sed & Lutheri & ali-
orum nomen tam exosè & dirè à te tuisq; exagitetur.
Aut quid tibi somnias, tuum scilicet esse liberè clamare,
sed ad tuum clamorem convalles & sylvas omnes sine
Echo obmutescere debere. Hæc si per somnium co-
gitas, certò statue, ortum hoc somnium ex Melancholia
quadam: Tu per prudentem σοχασμὸν, conijce ex qua-
nam specie. Aut certè, hoc somnium erit hyber-
num & Dicanicum.

Nunc aliò contendit Oratio, ad ipsa nempe qua-
tuor tuæ Apologiæ capita; aut, aliter loquar, ad tuam
quadricipitem Apologiam venio: quæ ut vides, plus u-
no capite Cerberum superat.

I. CAPVT. AN HISTORIA IESVITICI ORDINIS

AB ELIA HASENMPLE
ro edita fide digna sit.

C Aput hoc primum, non caput sed truncus est recti-
us: Nam si hoc unicum Stevarcius obtinere pos-
set, quod nullam fidem mereatur Historia nostra
Iesuitica, certè nihil amplius quod ipse desiderare posset,
restaret. Imò in unico hoc suasissem, ut plenius labo-
rasset, ne tam frigidus in prima statim Arce negotij hu-
ius fuisset. Id verò quo se Fidem derogare posse huic
historiæ existimat, est, *quod Historicum omni*
B *affectu*

10. *affectu ac odio carere oporteat, ne vel amore vel invidia partium permotus quicquam prodidisse videatur.* His verbis vae vestro Historico Saurio alijsq; vestris qui alias res Belgicas descripsere; & vae vestris Iaponicis Relationibus per Epistolas hac illac sparsis, nonne ibi de Amore de Invidia conquerentur Evangelici? Hei tibi Sauri quod non didiceris hoc Axioma, cum scripturus esses Historias tuas, certè cautius, verius & rectius multa, præcipuè in ijs quæ veritatis Evangelicæ repurgationem concernebant, in Historiam tuam transtulisses. Et ô lingua quo vadis, quæ ipsa pessundas tuam hanc Apologiam, & te ipsam omni fide exuis? nam cum tu veriores Historias de vita Iesuitarum polliceare; & te amore illorum aperte fateare, trahi, Invidia autem Lutheranorum impelli per se satis pateat: quis Bonorum Virorum tibi quæso, te ipso Iudice fidem adhibebit? Si enim audiendus non sit, si omnis fidei expers, si mendax statim sit, is, qui vel amore vel invidia partium tractus aliquid scribat aut loquatur: nullus profectò Stevarcio iudice minus audiendus erit Stevarcio, nullus fide indignior Stevarcio, nullus maior mendax Stevarcio. Aut vultin' Historicum Pontificium quidem Affectibus indulgere posse in Lutheranos, sed Lutheranos planè cautices & stipites erga vos retrò esse debere? Hoc est illud spiraculum ex folliculis Antichristi proflatum.

Ego verò, concedo tibi, Historico Affectibus indulgendum non esse, idq; rectè quatenus Historicus h. e. quatenus Narrator, hinc enim nec subticere quicquam nec adijcere aliquid debet ullo impulsus affectu. Et talis etiam noster Elias; hoc argumento; quod multa narravit quæ in vestrum honorem cedere possint, adeoq; tam bona quàm mala, tam laudabilia quàm vituperabilia. Quod verò laudabilium rarior sit facta mentio, culpa

culpa non penes Historicum est, sed penes vosmet ipsos, 27.
supputatio enim Arithmetica laudabilium in vobis par-
cior. Interim potest tamen Historicus κατὰ συμβεβη-
κός & obiter quasi, aliud etiam agere, nempe ceu Indice
viam inter narrandum Lectoribus hac de re aperire, ut
eó facilius constet, quid de rebus narratis sit sentiendum.
Et hoc, si perspicillis subtilioribus usus fuisset, in legen-
da hac Historia, facile perspexisset. Duo enim ibi aguntur:
primò Narrativè, & exegeticè dicitur qui mores quæ vita
apud Iesuitas teratur. Et huc usq; sine Affectib⁹. Deinde o-
biter via sternitur lectori, ad iudiciũ de tali vel tali facto
pronunciandũ, num vel impium vel pium vel bonũ vel
pravum, id de quo audiverit, habendam sit. Hæc au-
tem pars plane sine omni non potuit esse affectu, nam
quam primum vel scintillula de qualitativa rei cuiusdã
σκέψε & consideratione secundum τὸ εὖ & τὸ πονηρὸν Bo-
num & malum concipitur, tam quoq; derepente vel a-
mor & appetitus, vel Fuga & odium rei illius suboritur.
Neque tamen hic adhuc quicquam patitur veritas Hi-
storica. Vtpote quod hoc agat non ut Historicus sed
ut rerum vestrarum prophanarum æstimator.

*At quod inquis, nisi calumniatus fu-
isset Iesuitas habitus fuisset Elias pro Iesuita.*
Respondeo. Non fuisse tali argumento opus, quia sa-
tis superque inde quod occulte & magno cum periculo
Landsberga à vestro consortio effugit, & secum asporta-
vit vitam vestri Idoli primi Laiolæ & Regulas Iesuiti-
cas, nunquam antè nostro Orbi visas, contestatum reddi-
dit, se ex intimis animi penetralibus agnoscere & deplo-
rare suam Αποστασίαν & cum Petro redire ad amicabilem
aspectum ulnasq; Evangelicæ Ecclesiæ, filia scilicet o-
mnium Patriarcharum, Prophetarum, Christi & A-
postolorum. De fide & Persona Eliæ quod dicis:
*fuisse eum improbum in suscipienda alia fi-
de quàm*

*de, quàm ea, quã edoctr̃g erat, aut certè post-
quã semel in eam iurauerat abijcienda, sce-
leratum; nimis iniurius es, anne enim omnis qui fi-
dem suã quam edoctr̃us est mutat in vestram Catholicam,
improbis & sceleratus vobis habebitur? Cur ergo tan-
topere laboratis in affiscendis tot hominibus ad vestras
partes? Aut omnesne illi qui in Insulis Iaponicis ad
vos deflectunt scelerati sunt & improbi? At inquis,
cur ergo non perstitit in semel agni-
ta veritate Catholicam quam iuravit?*

Si in illam iuravit, peccavit, sed quia contra DEI Ver-
bum & voluntatem id Iuramentum fuit, eo ipso per se
redditum est nullum. Haud secus sicut Hippolytus
cum iurasset Phædræ se facturum quod peteret, rectè illa
petente incestum iuramento se non teneri dixit. Et
ita sicut Hyppolitus peiarasse dici nequit, ira nec Eli-
as noster periurus. Multò minus omnes Luthera-
ni tales sunt, ut approbent periuria. Et hic repete, quod
in initio dixi, te nobis aliquid affingere, contra quæ
cecu umbram tuam disputes, cum mirificè proclamas:

Pag. 12.

*Hinc estimari posse, quæ sit apud nos Luthe-
ranos Juramentorum religio quàm peiera-
re timeamus, quod discrimen inter veram
Christianã fidẽ atq; falsam ponamus &c.*

Quod tum tandem sequeretur, si periuria, & Apostasiam,
vel in Petro Apostolo, vel in Elia, vel in alijs approbare-
mus & laudaremus Iuramentis ludi ceu astragulis. Id
quod non fieri apud nos tam est sole clarius, ut tuarum
etiam partium homines te e mentitã nobis affingere sen-
tentiam facile & ultrò contestentur.

Tertiò non in hoc fundata & everfa est, ut fingis,
fides

fides huius Historiæ, quod Iesuita non sit ille, qui scripserit. Nam esto, Iesuitam Eliam non fuisse, si Iesuita tantum sit, qui peculiaribus se votis immolârit Pontifici. Atqui si ille qui per aliquot annos cum Iesuitis vixit, sicut ab illis institutus sit, & in illorum Consortio, apud illorum mensas, in illorum Collegijs, sub iisdem tectis, sub illorum legibus & Landsbergæ, & Ingolstadij & Romæ, & rursus Landsbergæ atq; in alijs pluribus locis versatus sit, & Lutheranismum magna pietatis significatione abiuraverit, Iesuita dicatur, an malè Elias Iesuita dicitur? Nec tamen, etiamsi hoc totum dem, quicquam decedit veritati Historiæ, quasi is de rebus Iesuiticis scribere nequeat, qui ipse nullum quatuor votorum vestrorum præstiterit. Sufficit Historico apud vos aliquot annos morari, *αὐτόπτης* comes & Synergus esse vestrorum morum, & vitæ, imò legere vestros libros, vestras observare Regulas & Leges, videre formas pænarum, ipse perferre & subire, quod etiam in Tyrones cadit; nihil hic impedit, si Iesuita sit, si saltem Novitius, imò verò si alicui hominum, (ut vocatis) secularium hanc saltem facultatem concederetis, is facili opera Historiam rerum vestrarum conciperet, etiamsi in omne ævum non fiat Iesuita.

Quid enim dices de Herodoto, qui in transitu quasi itinerario collegit Historias Ægyptiacas, nonne ille ergo (quem conceditis apud vos diu Novitium fuisse) concipere potuerit notitiam rerum vestrarum Historicam?

Quarto, Cumulas argumentum *ἑπισημα* ex multis Contradictionibus, quas tamen tu nec monstras nec probas, narras saltem. Vellem ut per *ἐπαγωγὴν* clariorem tua dicta probasses, ne divinando coactus fuisset hic respondere. Videris autem mihi accusare Eliam quod contradicat sibi ipsimet, cum vestras regulas & Leges a libi recitans, alibi facta vestra illis contraria narrans, contradicere sibi videatur. Id verò non est contradictio in Libro, sed cōtradictio in vestra vita & moribus.

Exem-

Exempli gratia dicit vos liberos & servos. Servos quia Regulæ vestræ exigunt à vobis servitutem: At vos secundum libertatem aut potius licentiam pravam vivitis. Regulæ vos volunt abiectos, vos verò ambitionem sectamini. Regulæ iubent vos cohibere libidines, iam si Elias facta quædam libidinose & spurcè commissa commemoret, ille sibi non contradicit, sed ij qui peccant in Regulas contrarij, Contradictorij, & Contrafactorij (ut sic loquar) ipsi sunt Regulis: Ita fit ut Jesuitæ dici optimè possint *liberrimi et servilissimi, intemperantissimi & severissimi, nequissimi ac probissimi*, nempe si distinxeris id quod esse debeant de Iure, ab eo quod sint de facto. Vnde tandem non habes quod impingere possis notam contradictionum Eliæ, quin potius accuses ἀντίφασιν & ἀντίπραξιν Jesuitarum ipsorum & Regularum. His adde, quod ipse fateare, Societatem universam non tam sanctam ha-

bendam esse *quasi omnes qui apud Jesuitas sint in nulla re errare possint*. Quod si ergo non omnes sint sancti & erroris expertes, quidam verò sint aliquantò sanctiores, nonne partim laudare partim vituperare poterit Jesuitas? Imo verò cum diverso tempore, diverso respectu, iam aliquid sordidè iam aliquid splendidè factum dicat, an inde rectè colliges, contradictoriè, Jesuitas & sordidos & splendidos esse, quod facile intelliges pro tua scientia Logica?

Præterea dum quinta ratione enervare vis fidem huius historiæ, incauto rictu evomis omnia animi sensa, quod in hac Historia vos mordeat, *quod videlicet per hanc divulgentur ea quæ revelanda non fuissent*. Ecastor lubens fidem tibi habeo, sed id nondum derogat, fidem Historiæ. Nam sit sanè quòd nemo æquè ferat ea divulgari, quæ in sua domo secretè agantur, interim tamen si eveni-

150
si eveniat, ut aliquis illa revelet, non ob id res ipsa
definet esse vera. Concedo vos iniquè ferre ea,
quæ in colloquijs, in cubiculis, in hor-
is, in culinis, in templis, in scholis
facta sint, in vulgus emissa esse:
led tamen non quia vos iniquè fertis ob id falsa sunt. Et
ut tuo exemplo utar, Paterfamilias dimittat servum qui
cognitas & perspectas habeat res illius omnes, quas po-
stea revelet, an definent res illæ esse veræ, si paterfami-
lias eas nolit apertas? Sit licet ille servus Proditor:
quando, quæso, Proditores falsum dixerunt? Non di-
sputo iam de Iure, nec etiam quomodo excepti sint Pro-
ditores, sed hoc tantum volo, quia tu Eliam Proditorem
facis & transfugam, eo ipso nondum derogare illi fi-
dem, imò verò eo ipso potius fidem illi arrogare, ut
quod nunquã fallant Proditores, cū tantū ideò sint Pro-
ditores facti, ut id quod est in altera parte hosti verè ape-
riant, quo inde hoc quod spectant lucrentur. Plus sa-
tis autem Lucifugas esse Iesuitas domi comprobas, cum
etiam si nullus hominum Politicorum ferre posset, ut o-
mnia sua facta cuivis sint obvia, illi tamen præ sua singu-
lari sanctimonia sic viverent, ne lucem suorum operum
modio occultarent, sed ut omnia quæcūque agerent
ita agerent, ut arbitros admitterent, & libenter audirent
in publicum illa protrahi. Si hîc inferas, *Naturam*
iubere quædam abscondere. Certè id nullum præte-
xtum præbet: Nam esto, spargi in publicum ea quæ
Naturæ necessitatibus tribuuntur, quis esset qui hic
vos carperet? Vnde non est quod involvas hanc Iesui-
tarum tenebras amantem vitam, hac excusatione,
quod Natura quædam abscondere iubeat,
quasi de ijs Naturalib⁹ unquã ab Elia sint accusati, et qua-
si aliud nō sit quod vobis malè accidat, nepe Eleusinia ve-
stra sacra nunc esse Orbi Christiano ita decantata, ut quæ
hactenus sub mero religionis prætextu acta in obscuro
sint,

sint, alio modo fieri nunc intelligantur. Et non ignoratis illud Sardanapali stratagemata, qui ut tueretur suam Autoritatem & maiestatem, nulli suorum se conspiciendum præbuit, Vnde tanto erat in precio & honore ut nihil supra: Vbi verò forte fortuna conspiciebatur in Gynecæo ad lanam sedere, iã Bone D E V S actum erat de illa tantopere hæctenus splendida Maiestate. Tu, si placeat, applica hoc exemplum ad Iesuitas, spero te in Analogiam non peccaturum.

Vltimum, quod affers, est quod desideres confirmationem & ἀπόδειξιν Historiæ. At Stevarci quid facis? à quo Historico petis probationem, nisi eam quæ est in Circumstantijs locorum, temporum, verisimilitudinis, correspondentiæ, & confirmitatis rerum narratarum? id esset ex Herodoto quærere: Proba Herodote, quod res ita se habeat: Proba Thucidiðes; Proba Curti; Proba Valeri, auditin' vos Historici, ἀπόδειξιν à vobis novam exigit Stevarcius. Tu nî credas narratis, abi, quære illos quos nominat, quorum pleriq; adhuc in vivis esse possunt, illi si mentiri Eliam viderent, hucusq; non tacerent. Imò quære ex conscientijs Iesuitarum si habent conscientias, an res se habeat secus. Putan' vos, quia latere vultis, tori etiam mundo latere? Non credo vos ita insanire, ut Struthiones, qui cū caput tegunt toto se corpore tectos autumant. An nostros homines adeò ad focum stertere arbitraris, qui non sæpe sint in medio vestrarum Ecclesiarum & Scholarum, qui his omnibus largum non præbeant testimonium? An vestros homines adeò cæcos reputas qui acta vestra tandem non didicerint? An adeò mutos, qui multa multis nō retulerint? De publica autē fama hoc Hesiodi habe, ab Aristotele lib. 7. Ethic. approbat ἡ φήμη δ' ἔτι γὰρ πάντα ἀπόλλυται ἢν τινα λαοὶ πολλοὶ φημίξωσιν. Fama autē haud dubiè non funditus interit illa Quā multi celebrant populi. Minor es qui sola tua & nuda negatione radicibus suis evelli posse putas hanc Historiam: Nimis enim vulgare est

17.
re est illud, si fecisti nega. Obtinebis ergo contrarium,
Contrarium quando probaveris, nempe ad Calendas
Græcas. Hi scilicet sunt illi sex arietes, quibus fidem
Historiæ Elianæ bellè expugnavit, per ἀντίφρασις, Ste-
varcius. His tandem subiicit Rationem cur Oratio-
nem suam ad Polycarpum direxerit, eò videlicet, quod
ille Historiam hanc ediderit. Causa in Stevarcio rea-
pse est furor caninus, quo impulsore, mordet lapidem
non viatorem petentem. Sed esto, Polycarpum esse in
culpa. Erit & est libenter in tali culpa, quâ Ecclesiæ
DEI Evangelicæ non officit, imò magnopere prodest,
& sibi laudi ducit à Iesuitis in huiusmodi causis Reum agi.
Quærit ergo Causidicus, unde probare possit ea, quæ in
Iesuitas edidit, & asseverat Polycarpum quæ in Iesuitas
mentitus sit (ignoscite sancti patres quia loquor verbis
Stevarcij) nunquam probaturum. Rectè ais; Nam Po-
lycarpus, ut nosti, nihil mentitus est, ergo, cum id quod
nihil est, probatione non indigeat, & mendacia nulla edi-
derit Polycarpus, nulla quoq; mendacia probabit Poly-
carpus. Dicam autem unde probet ea quæ edidit, ex
Autographo Eliano, quod viderint, legerint, evoluerint,
vident, legunt, evoluunt adhuc viri Magnates, graves
Docti, Fidedigni. Iam scio te ridere, quasi in Orbe E-
vangelicarum Ecclesiarum non sint ulli viri Magnates,
Graves, Docti, Fidedigni, & parum abest, quin id fateare,
cum dicis *Calumniatorum audacissimos ex hac officina ministe-
rij Evangelici prodire.* Sed quid non dicat, quid non pec-
cet, qui sub indulgentijs Papæ impunè peccat? & quid
non audeat, qui futurorum & perpetratorum adhuc
flagitiorum Remissionem & veniam ex Bullis Pōtificijs
(verè bullis aqueis) consequi potest? Hinc fit ut nemo il-
lis ex nostris Doctus, nemo fidedignus, quivis periurus,
quivis sceleratissimus, quivis stultus audiat. Scilicet
vos soli estis Mux Lundi, cæteri tenebræ. Admo-
dum autem ridiculus es in tuis illis Quæstiunculis,
*cur si plures Lutherani illam Historiam
viderint & legerint, illi eam non ediderint?*

C

Respon-

[18.

Respondeo, quia omnes Evangelici, contra vos sunt vir-
tutis, & quod, quis Lutheranorum facit per unum, per
semetipsum fecisse intelligitur, ita nos refutavim⁹ vestrū
Conciliabulum Tridentinum, quando per Martinum
Chemnitium illud refutavimus. Ut autem clarius
ostendam puerilitatem tuam in his quæstiunculis, tuis
verbis utens, per retorsionem, idem ex te quæro, nempe:
Libet hic mirari, Stevarci, cur nullus ex a-
lijs potius Historiam Elianam publicè op-
pugnarit & refutaverit? An minus
fortè Lutheranis infensi sunt? An minus
diserti atque tu? An minus impruden-
tes, dicaces, audaces? Mihi, crede,
nullum potest esse maius argumentum stul-
titie tue, mi Stevarci, quam hoc. Te sub
cultro reliquerunt. In te invidiam hanc
edende huius Apologia omnem deriva-
runt. Tibi nunc, si iure agatur, convitia
& calumnia omnes probanda sunt, aut si
probare non possis, pæna Calumniatorū &
eorū qui famosos libellos spargūt subeunda.
Nam Apologia tua post unam & alteram lineam ferè
habet, nil nisi scelestorum, sceleratorum, sceleratissimo-
rum, mendacissimorum convitia & calumnias.

Ad id autem membrum, quo dicis, *Luthera-*
nos alioqui nomen D. Polycarpi quibus
modis possint commaculare; ut seorsim veniam,
quid

quid videbitur tibi, si per tuum illud tibi quo in quarto modo proprium & usitatum verbum MENTIRIS respondeam? Nam tu, Lector Christiane, Arbiter esto. Anne Lutherani, illius viri nomen, quibus modis possint commaculant, eius nomen quibus modis possint honorant? Anne nostri homines, ut vult Stevarcius, publice privatimque tanquam nauci & nihili deridendum mundo propinant eum, cuius personae tantopere favent, ut non tantum summo eum in Theologia gradu cum laude ornaverint, verum & Pastorem, Superintendentem, & Professore primariae Academiae Vitebergensis fecerint. Imò quem magno desiderio Vrbs Brunsviga Superintendentem petiverit & expetiverit. Et quem iam inde secunda vice Vrbs & Academia Vitebergensis in pristinum locum Ecclesiae & Scholae vocaverit. Et quem porro Academia Lipsensis in Superintendentem & Professore frustra vocaverit. Et quem Principissa Electoralis Saxoniae, Domina mea clementissima, recens in Pastorem Aulae suae honorifice vocaverit. Vera loquor, non negat illa Stevarcius neque negare potest. Tu iam Lector, quisquis es, si Pontificiae siue nostrae religioni addictus, sis arbiter, Verumne dixerit Stevarcius, nostros homines D. Polycarpum *tanquam nauci & nihili deridendum mundo propinare, et quibus modis possint nomen huius viri commaculare.* Tu siue aequus siue iniquus fueris, respondebis, me in Stevarcium applicare posse illud suum usitatum MENTIRIS: Si Stevarcius forte ex quo nescio Orco calumniatorem quendam unum producat, nonne recte respondeo, per id quod ille alias in nos frustra torquere tentavit, *Magnam scilicet iniuriam fieri ab impudentissimis Calumniatoribus, qui toti huic pientissima Ecclesiae Evangelicae quacunq;*
C 2 vel

vel balatro vel alius quissiam Pasquillator, sive ioco sive serio, prudens aut imprudens, sapiens aut insipiens dixerit aut scripserit, attribuunt.

Hinc ergo vel me tacente Lector Christiane perspicis, quam elumbis sit Stevarcius in deroganda Fide Historiæ huius; Et sperassem ipse ego, & tu quoq;, sine dubio fortiores & grandiores arietes, cum in hoc salus totius causæ potissimum sita meritò videatur, nempe, An fidem mereatur Historia Iesuitica. Non dubito autem quin *αὐτοκατάγει* & proprio conscientiæ iudicio confusus non potuerit alios maioris Ponderis impellere. Tu lector amande, si spem conceperis de melioribus argumentis, in sequentibus capitibus, illam quæso depone. Qualis enim est in primo frontispicio, talis est etiam in medijs visceribus & cauda, ut cum indignatione experiere. Nunc amputato primo capite restat adhuc tricipitium.

**CAPVT SECUNDVM. IN
QVO EXAMINATUR QVO
MODO STEVARCIVS SINGVLAR-
tim speciales quasdam Calumnias (ut vocat) no-
stræ Historiæ refutet.**

R Adicem omnium criminationum nostrarum in Iesuitas esse dicis, præstantiam, felicitatem, Artem, Martē Iesuitarū in propugnāda doctrina Catholica, unde fiat etiā, quod ceterorū Ordinū Religiosos Sacerdotes aliosq; Doctores nō ita insectemur sicuti societate Iesu eò quod videamq; eā nulla habita ratione proprii commodi animis ac studijs interesse et cū alijs gravissimis doctissimisq; viris cōiūctis etiā cū periculo vitæ Catholicā religionem defendere. Audin' Lector, scire cupis, cur Hæretici Lutherani plus insectentur Iesuitas, quam alios Catholicos Doctores? Iesuitæ tibi reddent causam: Nos enim inquit sumus illi, qui Catholicam Ecclesiam defendimus, nos sumus qui non habemus rationem proprii commodi, nos sumus qui animos & studia coniungimus, nos sumus qui cū periculo vitæ Catholicam

Pag. 20. 21.

21
licam religionem defendimus. Nos nos poma nata-
mus. Hinc illæ lachrymæ? Hinc illæ Lutheranorum
in nos iræ & odia? Quid audio? Ideoq; Lutherani tam
infernus non sunt cæteris ordinibus Catholicorum? Mini-
mè. Quis hoc? Hem nescin' καθ' υπόνοιαν causam colli-
gere? Causa hæc est, quia cæteri Ordines, Sacerdotes,
Doctores Catholicorum habent rationem proprii com-
modi, animos & studia inter se non coniungunt, plus a-
mant vitam, quam ut cum illius periculo Catholicam re-
ligionem defendere velint, in summa sunt Numero, sunt
ventres, sunt fruges consumere nati. Tale Iudicium
fert de cæteris Catholicis Iesuitarum nomine Stevarci.
Arrigite iam aures vos Episcopi, Prælati, Abbates, Sa-
cerdotes, Doctores, Monachi vos Dominicani, vos Frã-
ciscani, vos Minoritæ, vos Maioritæ, qui sit, quod apud
Lutheranos sitis in tanto de quo Stevarcius prædicat a-
more? Qui sit, quod contra Iesuitæ tam sint apud nos in
odio? Quærite Stevarciũ, is veram causam reddet, ne-
pe Socordia vestra & ἀνευρέεσα vos fecit nobis amabiles.
Horum verò virilis & Gigantæa pro Religione vestra
pertinacia facit illos infensos. Sat est, deglutite hunc
Bolum. Sit ita, nos religionis ergo non odisse alios Pon-
tificiæ Ecclesiæ Ordines, Thetzelium, Eccium, Iavel-
lum, Sylvestrem Prieriatem, Magistrum nostrũ Ambro-
sium Catharinum, Cocleum, Pighium & alios non Iesui-
tas, quia illi nos non læserint, ut nec læserunt, vel Iesui-
tarum iudicio. Arrogent sibi patres Iesuitici soli hanc
laudem, quod tamen fieri negatur pagina Vicesima secũ-
da: sint ergo soli Iesuitæ nobis inuisi. *Atqui Iesuitæ sibi
laudi ducunt, quod nobis inuisi sint: Imò multi eos incipiunt ob-
id ardentius amare: Hoc si ita est, ò ingratisimos vos Cu-
culos, qui pro beneficijs in vos collatis redditis venefi-
cia. Quod si insignis laus vobis accedit ex nostro odio
ex nostris scriptis, cur Historiam hanc Iesuiticam refu-
ratis, & tam despectam habetis? cur scripta nostra, in
quib' vestrę laudes propagantur, igne uritis? Sed Humi-
litas hoc facit Iesuitica, quæ laudis cupidinem non ad-
mittit, ideoque præ odio, quo detestantur proprias lau-
des, scripta nostra comburunt.* Res acu tacta est.

22. Cur ergò non comburunt quoq; Enconiafticam illam
Loyolæ vitam, à Ioanne Petro Maffeio confictam, con-
fectam dicere volui, fi fic Laudes detestentur ? Noli
quærere.

Pag. 23.

Corrugas, fat fcio, Lector frontem, dum hæc le-
gis, indignanter follicitus, numquid non graviora obji-
ciat Stevarcius, quàm huiusmodi pueriles nugas : Cer-
tè mordet me, quòd oculos huc illuc contorquens, & in-
dagans Res quasdam graviores, nihil nifi verba & plu-
mas, ut aiunt, lucrer, adeo ut præ indignatione ferè ca-
lamum abijciam. Blaterat & pergit pro more suo bla-
terare, & ut aliquid blateret, fingit sibi quendam dixiffe,
Iefuitas non effe Pontificiæ fidei addictos, aliam habere
fidem quàm propugnatam velit Papa, de qua propria &
umbratili fua quæftione per multas lineas differit, ut ali-
quid refutaffe videatur, Cum Elias id non neget, ut qui
Iefuitas fervos & mancipia ipfius Pontificis effe expreffè
fateatur. Quod verò Elias cap. 9. Hiftoriæ fuæ do-
ctrinam Iefuiticam recenfer, non fit ut probet puriores
effe Iefuitas, quàm cæteri Romaniftæ, fed ut omnes Lo-
cos Personarum quæ ad Relationem Hiftoricam certi
generis hominum pertinent perfequatur, ne quid omi-
fiffe redarguatur. Id agit toto capite Nono, quod Ste-
varcius dicit, operæ precium non effe ut refuter, convi-
ctus videlicet tanta veritatis eminentia; ut quod respon-
deat, non habeat. Nec fanius confilium invenire po-
tuiffet Stevarcius ullum, quam, ut Dicaculus effe poffet,
omnia R E A L I A tacito pede subterfugere. De
Rebus enim & Doctrinalibus fi Stevarcio agendum fuiffet,
Vtriculus ille flatulentæ dicacitatis constringendus
fuiffet, quo constricto, planè $\alpha\phi\omega\nu\theta$ miffitaffet. De-
truditur tamen nolens volens ad Res ipfas, nempe quo
Iefuitæ loco habeant verbum Dei, primum videlicet ca-
pitulum dicti capitis Noni de Doctrina Iefuitica. Cæ-
tera non tangit, fed ut ignem fugit. Quid verò in hoc
capitulo ? Nihil aliud refpondet, quàm quod fedecies
dicat

dicat Polycarpum mentiri, hoc est, sedecies mentitur, dum mentiri sedecies dicit eum, qui non mentitur. Primum enim negat Iesuitas vocare Scripturam sacram Cereum Nasum, Materiam litis, Librum Hæreticorum. Hoc dicin' mentiri Polycarpum? Interim tamen subijcis glossam quandã quo sensu hoc dicant, nempe quod nos faciamus sacram scripturam Nasum Cereum, Materiam litis. At heus tu, interim tamen non est ementitum Iesuitas dicere sacram scripturam Nasum Cereum, quocunq; illud sensu dixerint. Deinde falsissimum & plusquam falsissimum illud est, quod *respectu nostri Materiam litis vocent sacra scripturã*: Ex hoc fundamento: Quæritur inter nos & vos, quis debeat esse ultimus & summus Iudex controversiarum Theologicarum? Nos respondemus, Verbum D E I. Vos instatis: Atqui si de ipso Verbo Dei sit controversia, quinam videlicet sit sensus huius aut illius loci? Respondemus Verbum Dei, quod sua ἀνταρκεία locum loco declaret. At quid hinc vos respondetis: Nihil affingam, sed recitabo quid hoc loco respondeat Pighius de Eccles. Hierarch. lib. 1. cap. 4. in fine. Scripturæ plurimum frequenter habent obscuritatis, & se trahi accommodariq; in diversam, eamq; quam quis ante præsumpsit sententiam & eludi cauta expositione facile permittunt. Item Bellarm. lib. 3. c. 9. de Verbo Dei, sacram scripturam iudicem non esse, planum est, quia varios sensus recipit, nec potest I P S A dicere, quis sit verus. Quid verò hoc est aliud dicere quam Nasum Cereum, Materiam litis? Atqui adhuc instas, fieri hoc ex vitio Hæreticorum κατὰ συμβεβηκός, non inesse Sacrae Scripturæ κατ' αὐτό. Esto. Iam si κατὰ συμβεβηκός Sacra scriptura est Materia litis, hoc est, ex causa Hæreticorum Sacram scripturam depravantium, tum vel pone vel deme Hæreticos & Hæreticas explicationes, & adhuc Sacra scriptura erit Iudex. Nosti enim Accidentia esse, ut vel ijs positis vel demtis τὸ εἶναι rei non destruat. Quod
fugitur

Si igitur ex accidenti tantum fit, ut Sacra scriptura fit obscura, variabilis, tortilis, ut tu vis, nihil erit adhuc causæ, quo minus Sacra scriptura sit Canon, sit norma, sit Amul-
 sis, sit Regula, sit iudex omnium controversiarum Theo-
 logicarum. Parologismum igitur Accidentis commit-
 titis vos cum argumentamini :

Quicquid variabiles & cereas recipit Interpretati-
 ones non potest esse Iudex.

Atqui Sacra scriptura variabiles & cereas recipit
 Interpretationes.

Ergo nequit esse iudex.

Responsionem suggerit nobis Stevarcius fieri hoc
 ex Accidente, Nimirum Sacram scripturam in se cereum
 Nasum non esse, sed ex vitiositate Hæreticorum talem
 fieri, & ob id inde non sequi, quo minus Iudex esse pos-
 sit, & proinde opus non esse novo quodam Aristarcho
 super Sacram scripturam, quem vult Concil. Trident,
 Sess. 4. Sic ergo Stevarcius suo effugio confirmat αυ-
 τάρκααν ἐγκνηυτικὴν, sufficientiam Interpretativam Sa-
 cræ scripturæ in sese pro nobis. Et præterea ut adhuc
 evidentius Mundo pateat vos Sacram scripturam non
 tantum cereum Nasum dixisse, verum etiam non respec-
 tu Hæreticorum, sed in se & respectu Ecclesiæ Catholi-
 cæ talem esse, audi, purpurati vestri Cardinalis Nicolai
 Cusani verba, ô plusquâ pientissima : *Sacra scriptu-
 ra, inquit, nasus est cereus flexibilis in o-
 mnes partes.* Hoc tu non negas, sed quæris cuius
 respectu, An respectu Hæreticorum ? Non. Cuius er-
 go ? respectu Ecclesiæ Catholicæ hac illac illam tor-
 quentis ; Negan' ? Cusanus id tibi ad oculum demon-
 strabit : Sic enim ait in secunda Epistola ad Bohemos :

*Intellige scripturas esse ad tempus ada-
 ptatas & variè intellectas, ita ut uno tem-
 pore*

25.
pore secundum currentem universalem ri-
tum exponantur : ritus mutato iterum sen-
tentia mutetur. Et clarius Epistola ter-
tia. Etiam Dei iudicium in scripturis
scilicet mutari, **MUTATO JUDICIO ECCLESIAE.** Item Epistola Septima. Litera quae per Ty-
rannum penitus deleri posset (iuxta illud, Ver-
bum DEI manet in aeternum.) **NON est DE
ESSENTIA ECCLESIAE,** sed
spiritus qui vivificat, quare neq, mirum,
si praxis Ecclesiae uno tempore **INTER-
PRETEVR** scripturam **V-
NO,** & alio tempore **ALIO** modo.
Iam quaeso te, quis facit scripturam cereum nasum? Ec-
clesia. Quis est Ecclesia? Certè secundum Catholi-
cam phrasin, Lutherani non sunt Ecclesia, sed κἀτω
λύκοι Catholici seu Romanæ sedis columellæ. Ex tali Ar-
gumento;

Quicumq; sacram scripturam hoc tempore uno, al-
tero tempore alio modo interpretantur, illi faciunt sacrã
scripturam cereum nasum.

Sed Ecclesia interpretatur S. scripturam nunc u-
no, post alio modo,

Ergo Ecclesia facit Sacram scripturam nasum ce-
reum : Quod erat contra Stevarcium pro nostra Histo-
ria κατὰ τὸ ἑξῆς demonstrandum,

D

Dum

Dum ergo Pontificij Hyperaspistæ esse volunt Sa-
 Scripturæ, satis liquet diffidere eos suæ causæ, si ad Sa-
 cram scripturam res devoluatur: Id quod etiam Pighius
 expressè fassus est lib. supra citato, capite eodem, ubi di-
 cit, Hæreticos non esse infirmandos ex scripturis. Nam
 inquit porro, dum ostentandi ingenij & eruditionis gra-
 tia cum Luthero in certamē descenditur scripturarū, ex-
 citatum est hoc, quod, prohi dolor, nunc videntur incen-
 dium. Audin' Stevarci, Tu dicis Iesuitas eandem cum
 Pontificijs habere fidem: Atqui Pighius inconsultum
 iudicat nobiscum ex scriptura congredi: Ergo fateantur,
 ut idem Iesuitæ necesse est, & per consequens Gregorius
 de Valentia non negabit Sacram Scripturam pro nobis
 facere, quod tu dicebas esse mendacium. Porro vocas
 etiam Mendacium, quod in Historia nostra dictum est, de
 usu & lectione Bibliorum tum per se, tum in vernacu-
 lam linguam converforum: Negas ergo factum Iesui-
 tas Italicos prohibuisse, ne Biblia sacra lingua vernacu-
 la imprimerentur? Item non interdictam Germanicam
 Bibliorum lectionem? non arceri omnes Laicos à scri-
 pturæ lectione? Id tam est in luce positum ut mirer te
 tam effrontem esse, qui si non timeas Lutheranorum Iu-
 dicia, saltem Pontificiorum tuorum testimonia non ex-
 horrescas: Nam hic, aut tu, aut Possevinus mentiatur
 necesse est, cuius verba ascribam, ne pro tuo Rusticano
 ritu me quoq; mentiri dicas: Verba eius sunt lib. 2. Bi-
 blioth. select. c. 12. Primum in Titulo sic quærit, Versio
 Italica quonam loco habenda sit, & quæ nam Germanica
 & Gallica (PERMISSV EORVM AD QVOS
 PERTINET) tutius legi possit. Ecce si non nisi
 cum permissu eorum, ad quos hæc Inspectio pertinet, le-
 gi debent Biblia vernacula, certè eo ipso iam non est li-
 berum cuius, pro libertate sua propria, legere sacras
 versiones. Fatetur ille idem ibidem clarius, Validissi-
 mæ inquit, sunt rationes quæ Ecclesiam moverint, cur
 NON PASSIM sive Italicæ sive aliæ vulgares edi-
 tiones tractentur ab omnibus: Sanè & cautè in his ince-
 dendum

23. Sacra Biblia vulgatæ versionis comburere ; multò magis nefas esse putandum vobis erit, Sacra Lutheri Biblia igni concremare. Quod ne nuda asseueratione, ut tu, proflare videar, remitto te ad Examè Chénitij, in secundo decreto Synodi Tridentinæ, quartæ sessionis, ubi infinita loca adducit, quibus Thesin hanc meam corro-

Bellarmino. borat & munit. Respondebis autem fortè, Primo ;
» Quod vulgata nostra Versio ab Hebraico textu aliquan-
» do dissentire videatur, fieri duabus de causis : Vna est ea-
» que longe lateq; patens incuria librariorum. Altera,
» quòd Interpres non tam verba quam sensum exprimere
» studuerit ; Atq; hoc optimum interpretandi genus. Ego
» verò respondeo : Concedo iniuria librariorum vulga-
» tam versionem esse corruptam, interim tamen hoc constat, iam nunc hoc tempore corruptam eam esse ; Si ergo corrupta est, cur Synodus (a) vestra Tridentina, contra omne ius & fas, id quod corruptum esse à te & Bellarmino conceditur, pro Authentica in publicis lectionib⁹, Disputationibus, prædicationibus, expositionibus antequam corrigeret haberi constituit ? Certè eo ipso iam obtrudit nobis pro Authentico, hoc, quod est corruptum, undecunq; etiam sit illa corruptio.

(a) 2. Decr.
cr. sess. 4.

(b) lib. 2.
c. 9. de
verbo
Dei

Secundam causam quod attinet, Non ea simpliciter est vera, licet enim unus ille locus Eccl. 2 qui à Bellarmino affertur, sensum non verba sequatur, ut plurimum tamè fit, ut nec sensus verbis, nec verba sensui quadrent : ut postea sequetur, quando tibi pro tragemate matutino hunc bolum primo deglutiendum proposuero. Virgemini veritate & rationibus Patrum, in rebus dubijs textuum ad sacros fontes Hebræos recurrendum esse, & quia revera hinc effugere non potestis, φανομένως effugitis, scilicet *tum ad fontes recurrendum esse, quado fontes non sunt turbati* : Sic enim ait Bellarmino ca. II. lib. 2. de Verbo Dei. Quod si hoc ita est, tum falsum dixit Benedictus Arias Montanus vester in Præfatione Editioni Hebr.

Hebr. Pagnini præmissa, his verbis : Illud autem inter 29.
cætera sæpius & quotidiano usu compertum est, tum li-
brariorum tum etiam Typographorum culpa multos
errores tam in Græca quam in Latina lingua passim com-
mitti, qui **N V L L O M O D O, N I S I** ex pri-
mævæ illius linguæ veritate emendari possunt. Quan-
ta verò integritate Sacra Biblia in ea lingua, quæ Sancta
appellatur, **S E M P E R C O N S E R V A T A**
fuerint, pleriq; doctissimi viri constanter asseverarunt,
idq; à nobis etiam quoad efficere poterimus, aliquan-
do etiam monstrabitur. Heus tu, Montanus di-
cit **S E M P E R** conservata fuisse integra. Bel-
larminus, fontes Hebræos esse corruptos ait. Item
Benedictus dicit, Multos errores commissos, tam in
Græca quam Latina lingua, & ob id ad alium portum es-
se confugiendum. Sed quid Posslevinus lib. 2. cap. 10.
Bibl. selecta ? Dicit vulgatam versionem planè stare,
tanquam columnam veritatis & portum, ad quem è flu-
ctib⁹ dissentientium tot versionum debeamus appellere.

Item Benedictus Arias dicit, nullo modo nisi ex pri-
mævæ linguæ veritate genuinum Scripturæ sensum e-
mendandum.

At vero Canus 13. cap. secundi libri de locis com-
munibus veteris vulgatæ editionis demonstrat, atque
conatur evincere, cur modò in Fidei ac morum disputa-
tione ad Hebræos, aut Græcos codices non sit confugi-
endum, ut inde genuinus Scripturæ sensus eliciatur. Id
quod Gulielmus Lindanus idem scriptum reliquit. Quos
citatur & approbat Posslevinus lib. 2. cap. 10. Bibl. Sele-
ctæ. Unde verò hæc inter vos dissonantia ? Forte
quod minus spiravit Montanus spiraculo Antichristi,
nec voluit omnia Dubitationi immergere, sed tandem
tranquillitatem & terminum Dubitationū reddere; Hi
verò ex incerto mari ad incertum portum provocant, &
interpretationes corruptas & Fontes corruptos volunt,
ut nimirum hoc pacto omnia funditus evertant certitu-
dinis κερτιρία, & procellas dubitationis fluctuantis in Fi-
de excitent ventosiores.

D 3

Nunc

Bellar.
lib. 2. c.
12. de Ver-
bo Dei.

Nunc altera tua Instantia, qua occurrere possis diluenda : Nempe, Pridem illa loca quæ in vulgata editione obijciantur à Chemnitio, esse diluta à vettris. Tentarunt id, fecisse nego : id quod in uno & altero loco brevissimè ostendam, in cæteris idem eadem possem facilitate præstare, verum ne prolixus sim hæc in suum tempus rejicio.

1. Locus, Gen. 3. vers. 15. Ipsa conteret caput, pro ipsum scilicet Iemen conteret caput serpentis, eo quod de Christo textus loquatur. Quid vero respondet Bellarminus ? Etiam si, dicit, multi Codices Hebraici habeant \aleph tamen legi unum in quo erat scriptum \aleph : Vide, Lector, pertinaciam in defendendis erroribus. Esto, quod res hîc sit dubia, anne \aleph vel \aleph legendum sit; nonne tamen ut in omnibus probabilibus, id verum habendum est, non quod unus sed quod plurimi Codices habent ? Cum hic faciatur contrarium : Adde, quod admodum indignum sit fide, dicere, Ego legi VNVM, cum in sola Fide Bellarmini acquiescere valde periculosum sit. Idque multo magis cum ipsi præstantissimi in Põrificia Ecclesia Bibliorũ Hebræorũ Pagninus & Benedictus Arias Montanus Editores, nõ legãt \aleph ipsa Masoriticè sed \aleph ipsũ, adeo ut & hic, & supra videas regnũ in se divisum. Quomodo verò Lutherus ? planè ut Hebræus textus incorruptus :
Derselbe soll dir den Kopf zuereten.

Secundus locus corruptus est Gen. 6. Cogitatio cordis intenta est ad malum. Cum Hebræus dicat \aleph tantummodo malum. Ballarminus dicit sensum eundem esse. Quare ? quia Bellarminus sic ait.
Hic vero provoco ad omnes Logicos, an eadem sit Enunciatio, quæ indefinita sit (qualem volunt esse hanc Enunciationem) & Enunciatio habens particulã exclusivã. Certè Exclusiva æquipollet semper Univer-
sali

35.
falsi, Indefinita non item. Itaque cum expresse fa-
teatur Bellarminus hanc Propositionem (cogitatio cor-
dis intenta est ad malū) non esse universalem, sed particu-
larem, & exclusiva, Tantum, reddat universalem, pa-
ret non æquipollere versionem vulgatam textui Hæ-
bræo, & ob id perverse textum alio sensu esse commu-
ratum. Quod verò Indefinitam non universalem
velit hanc propositionem, aperte fatetur. Nam in-
quit, cum dicitur, cogitatio cordis non est nisi malum,
non sequitur hinc, ut Lutherani putant, Omnia opera
hominum esse mala, cum sit Hyperbole Scripturæ. V-
bi falsum est. r. quod hic facit Hyperbolen. Dein-
de quod Exclusionem propositionem contra omnem Lo-
gicorum λόγον neget universali æquipollere. Pro
Hyperbole autem huc ingerenda attert illud in eodem
capite; Omnis caro corruerat viam suam, Et tamen
ibidem dicitur, Noë vir iustus atque perfectus fuit in ge-
nerationibus suis. Quasi scilicet Noë non corrupis-
set viam suam, & Iustus fuisset Naturâ. Sed Hy-
pothesis hæc iterum falsa est, & pugnat cum eodem
ipso capite, ex quo hæc sententia nec secundum li-
teram nec secundum sensum extorqueri potest.
Nam ipse Moses refutat hanc Hyperbolen, cum
inquit, Noah invenisse gratiam in oculis DEI, & ob id
ne Noah quidem fuisse extra numerum eorum quorum
cogitatio tantum mala sit, sed per pænitentiam gratiam
Dei invenisse. Si autē Gratiâ, iam non ex operibus Rom.
II. vers. 6. ἵνα enim à ἵνα est & significat idem quod in gra-
tiam recipere, parcere, misereri, gratis dare, etiam Pa-
gnino teste. Quicumque ergo gratiam invenit, in se ut
non sit iustus necesse est, sed quod Iustus & perfectus di-
citur, hoc dicitur respectu huius imputatæ gratiæ. Id
quod & Augustin. libro contra Pelag. de natura & gra-
tia confirmat: Vbi inquit: Si sanctos & sanctas
cum hiis viverent, congregare potuissem⁹, & interrogare
utrum

inde ו particulam Quis? Quæ? Interrogativum per-
sonale, explicat per Aliquis, Unde consequenter Futurū
vertit per Imperativum: cum sic verba habeant

וְאֶל־מִי מִקְרָשׁוֹ תִּפְנֶה: Et ad quem

de sanctis obtueberis? Non verò, Et ad aliquem de san-
ctis obtuere. וְ enim Interrogativum est hoc loco,

ut et Gen. 33. v. 5. Exod. 10. v. 8. Sic I. Sam. 25. v. 10. Psal.
27. v. 1.

Sed tempus me deficeret obiter hoc loco o-
mnia recensere, sufficit in uno & altero loco demonstra-

se, tunc anteriorem esse versionem D. Lutheri, versione vul-

gata, & Bellarminum nihil minus fecisse, quam salvasse

loca, quæ Chemnitius rectè dixit depravata. Posset

idem in alijs mille locis ostendi, ut Psal. 62. ver. 14. Si

dormiatis inter medios Cleros. Vbi וְאֶתְּוֹמֵי quod

Paxillos & terminos aliàs significat, pro Cleris ponitur:

Forte quod Clerici libenter velint inter se dormire ne-

scio quas. Item Psal. 50. ver. ult. Pro antiquo, Sa-

crificium laudis honorificabit me, rectius sacrificans Lau-

dem honorificabit me, Lutherus *Wer danck opffert*, Est

enim part. Benoni. Sed quid ago qui Diem Soli appor-

to. Si plura libet Exempla videre, lege Biblia vulga-

ris editionis Thubingæ, nuper Anno 93. edita, ubi sem-

per habes adiectum sensum veræ versionis Hebrææ &

collatum vulgari, & confer cum ipsa Pagnini & Monta-

ni editione Complutensi, videbis plus quam mille locis

peccare vulgatam editionem, & vel antiquum Interpre-

tem genuinam textus sententiam assecutum non esse, vel

superflue quædam textui inseruisse, vel alijs modis corru-

pisse. Atque his tandem confer versionem Lutheri,

videbis Ovum ovo non esse similius, quam versionem

Germanicam Lutheri versioni Hebrææ. Quo perspe-

cto, tandem mecum collige, ut supra, si vulgata versio

nefas vobis ducatur, comburi, multo magis nefarium &

impiū esse Sacra Lutheri Biblia comburere, ut quæ non

tantum sancta, verum etiam sanctiora sint vulgatis. Id

quod eò prolixius dicendum fuit, quo plura in una tua thesi

implicabantur falsa. Quod obiter de Bellarmino dixi,

E

tibi

(a) Post
præfat.
Tom. se-
cundi.

tibi Stevarci non erit ingratum, cum dicenda mihi illa fuerint ad probationem mei subsumpti, & videam te quoque calculo tuo Bellarmini scripta (a) approbasse. Ex quibus omnibus iam satis superque quivis æquè Iudicans colligere potest, quo loco habeant Iesuitæ sacra Biblia: An non hoc sit ridere, calumniari, blasphemare sacra Biblia? an non Sacram scripturam iudicent obscuram? an non inde statuant nasci hæreses, & cætera quæ illis afficta esse à nostro Historico sine fronte clamat Stevarcius? Et ut apertius illa verè ita statui a Iesuitis probem, age esto, omnia illa vos negare, & secus docere; Iam assumam illa pro confesso, & inde à verbo ad verbum constituam tibi formulam confessionis, quærens an ei purè & simpliciter animo, ore, & calamo subscribas? Sic ergo mecum loquere. Ego Petrus Stevarcius confiteor, Catholicos semper & literam & literalem in scriptura requirere sensum, nec unquam Iesuitas Italicos prohibuisse, ne Biblia sacra lingua vernacula imprimerentur, nec unquam Tyronibus societatis Iesu Germanica Bibliorum lectione interdictum esse, & lectionem Bibliorum facilius Romanam Catholicam fidem persuadere, quàm Lutheranam; Confiteor quoque & contestor, Iesuitas nullos Laicos à scripturæ lectione arcere, Regulas & constitutiones verbo DEI à Iesuitis nec præferri nec præferendas esse, sacramque scripturam in præcipuis fidei articulis & Dei mandatis certum omninò tradere intellectum, adeo ut non doctissimus, sed & doctus quivis & indoctus planam ex sacra scriptura sententiã proferre possit, ut nullis pijs sacra scriptura sit noxia, unde putandum non est ullas ex Bibliorum lectione Hæreses nasci, & ob id sacra Biblia non tantum non urenda verum ne quidem contemnenda aut ridenda esse, multò minus hominibus surripienda, sed potius suggerenda, quò cum Lutheranis tantum ex verbo Dei disputetur, nec ullum illorū, qui doctrinam ex verbo Dei prolatam defendunt, gladio & igne tollendum esse è medio. Sic ego Petr^o Stevarci^o certò credo, ut me De^o adiuvet. Quid videtur,

videtur, an quia illa sic tibi ab Historico nostro obiecta
ementita esse dixisti, contrarium illorum certò statuis,
absq̄ue elusionibus & Sophistica? Quod si ita sentis,
hanc confessionem edere potes. Et ego tibi gratulor
quod optima habeas initia ab Papatus Idolomania
desciscendi, perge ita, & brevi ad nostram Ecclesiam ve-
ré Propheticae & Apostolicae Ecclesiae Germanam filiam
transibis. Atque hæc hætenus de illis quæ sedecim
Mendacia esse dixisti.

35.

Nunc ad alterum quod adhuc restat præcipuum
venio, ubi quæris: *Quæso te Polycarpe, qua fronte, cuius*
ope & auxilio fretus, Papam Antichristum & Papistas seu
Pontificios omnes Antichristi servos &c. appellas? Mi Ste-
varci es tu Magister in Israël, Doctor & Professor Theo-
logiæ in Academia Ingolstadiana, & hæc ignoras? Ar-
rige aures ego pro Præceptore meo dicam dicam tibi
qua fronte, cuius ope & auxilio: Et ut simplici & pla-
no modo omnia eò exactius capias, observa omnia Syl-
logistico modo proposita & probata.

Page 30.

Primum.

Quicumque habitans super septem colles sedensq̄;
seu imperans in templo Dei, effert sese super omne id
quod dicitur Deus aut numen, ille est Antichristus prin-
cipalis Ecclesiasticus.

Atqui Papa Romanus habitans super septem col-
les sedensq̄ue seu imperans in templo Dei effert sese su-
per omne id quod dicitur Deus aut numem.

Ergo Papa est Antichristus Principalis Ecclesiasti-
cus. Maiorem probabo. Apoc. capit. 17, septem capita
septem Montes sunt, super quos Mulier sedet, & Reges
septem sunt: Vbi agi de Antichristo in Ecclesia, nemo
dubitat. Sic 2. Thes. 2. ait Apostolus, Ne quis vos se-
ducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primū,
E 2 & reve-

& revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat (sedere autem Ecclesiastica phrasi imperare est) ostendens se tanquam sit DEVS.

Iam etiam proba Minorem? Probabo hoc argumēto:

1. Quicumque se DEVM nominat. 2. Opera soli Deo debita. 3. Dicta de solo Christo loquentia in se torquet. 4. Et cum homo sit, hominem se esse negat. 5. Nec a quoquam vult iudicari. 6. Effert se supra Concilia. 7. Et supra sacram-scripturā. 8. supra ius contra ius & extra ius. 9. Arrogat sibi potestatem in Purgatorio, Terra, inferis & caelis. 10. Supra imperatores & regna sensionem sibi ascribens in templo Dei, habitans supra septem colles. 11. Sumens sibi potestatem creandi & deponendi Imperatores: Ille ille effert se supra omne id quod dicitur Deus, aut quod colitur.

Atqui Papa coniunctim & seorsim in hæc undecim capita impingit.

Ergo Papa effert se supra omne id quod dicitur Deus aut quod colitur:

Maior luce Solis clarior est. Minor eget probatione, quam ubi probavero, Conclusio negari non poterit.

Probationem autem Minoris sumam non ex meo cerebro, sed ex ipsis Pontificijs scriptoribus & Historicis Authenticis, illi iam à me conducti sub meo salario contra proprium Ducem Papam militabunt: Adeste L' arma l' arma.

1. Accurrit ius Canonicum *Distinct. 96. c. Satis*. hæc secum verborum arma afferens: Satis evidenter ostenditur à seculari potestate nec ligari prorsus nec solui posse Pontificem, quem constat à pio Principe Constantino (quod longè superius memoravimus) DEVM appellatum, nec posse DEVM ab hominibus iudicari manifestum est. Huc suppetias fert eodem armaturæ genere Augustinus Steuchus lib. de Donat, Constantini Pag. 140.

38. tur Apoc. 21. ver. 22. Et in 2. Chor. 11. ver. 2. Adiunxi
vos ^{ἐν ἑαυτοῖς} VNI VIRO Virginem castam exhibere
CHRISTO. Adulter ergo erit qui se alterum fe-
cerit Virum: & nihil huc faciet κρησφύγετον illud Bellar-
mini lib. 2. c. 31. De Roman. Pontif. Christum
sponsum verum & principalem, Papam verò extrinse-
cus cooperantem, Paulus enim vult unum uirum. Si
secus fiat, ego non capio, quomodo sponsæ castimonia
sarta tecta ab his cooperantibus procis (vel porcis poti⁹)
servari queat.

4. Homo cum sit hominem se negat toties quoties
se Deum appellat, cum enim nondum tantæ processerit
impietatis, ut unionem personalem inter se & DEVM
astruxerit, relinquitur, toties Papam se Hominem nega-
re, quoties Deum se appellari patitur; sunt enim hæc
duo disparata, ut huc quoq; faciant loca paulò ante ci-
tata. Imò quoties quidam, nescio quo pudore confu-
si, nec Deum nec hominem, sed medium quoddam inter
hominem & Deum aiunt Papam esse, toties eum Ho-
minem esse negant ut d. gloss. in præfat. ment. Papa
nec Deus est, nec homo, sed neuter est inter utrumq;. Un-
de versus Canonistarum:

*Papa stupor mundi, solus qui maxime
rerum,*

*Nec Deus es nec homo, sed neuter es in-
ter utrumque*

Sic item Gloss. in c. fundamenta de Elect. in 6. In
hac parte Papa non est homo, sed Dei Vicarius. Quo-
ties ergo Papa se Dei Vicarium nominat, toties se homi-
nem esse negat, vi huius glossæ.

5. A nullo vult iudicari: Ut habetur c. si Papa, di-
stinct. 40. Huius culpas istic redurguere præsumit Mor-
talium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine
est iudicandus. Item secundum Abb. in c. licet de Elect.
Papa

Papa omnia potest facere quæ potest Deus & à nemine potest iudicari. Bellarm. lib. 2. c. 26. Præcipua ratio cur Papa iudicari non possit, est, quia Princeps est Ecclesiæ totius, & proinde superiorem in terris non habet.

6. Effert se supra concilia: Bellarm. lib. 2. c. 26, de Roman. Pontif. Papa, inquit, Princeps est totius Ecclesiæ, & proinde superiorem in terris non habet. Nam quia summus Princeps Ecclesiæ est, non potest iudicari ab ullo Ecclesiastico Antistite. Sic idem libro dicto c. 27. conatur refutare Nilum, Calvinum & Iohannem de Turrecremata, & alios, quod dixerunt Papam debere etiam subiectum esse Concilijs.

7. Supra sacram scripturam est. Nam, vide notas supra c. si Papa distinct. 40. ibi leguntur hæc verba; Revera tanta reverentia apicem præfatæ Apostolicæ sedis omnes suspiciunt, ut nonnullam sanctorum Canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis Institutionem **MAGIS** ab ore præcessoris eius, quam a sacris Paginis & à paternis traditionib⁹ expectant: illius velle & illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium suam Conversationem & ipsi remittant aut intendant.

8. Supra ius contra ius & extra ius est: Id quod iisdem numero verbis est apud Bald. in c. cum super de caus. prop. & poss. Item Papa est contra ius c. proposuit de concess. præb.

9. Arrogat sibi potestatem in Purgatorio, (quod est in Vtopia) terra, inferis & Cælis. Sic legitur in gloss. c. quando, Extra de translat. Episc. Papa habet cæleste arbitrium. Item **C. si Papa distinct. 40.** Si Papa suæ & fraternæ salutis negligens depræhenditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturus, quod magis officit sibi & omnibus, nihilominus **INNVMERABILES POPVLOS CATERVATIM** secum ducit primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum vapulatuos. Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium Nullus, quia ipse cunctos

cunctos iudicaturus à nemine iudicetur. Item vide Notas supra d. c. vbi dictum Iobi, capite 12. quod de ipso Deo tantum loquitur, aptatur ad Romanam Ecclesiam: si destruxerit, nemo est qui ædificet, et si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei, si continuerit aquas omnia siccabuntur, et si emiserit eas subvertent terram. His addit, nec immeritò cū ipsa (Ecclesia) in Petro cœli terræque retinet habenas.

10. Supra Imperatores & regna sessionem sibi ascribit, in templo Dei habitans, supra septem colles. Papa est causa causarum, inde non est de potestate eius inquirendum, cum primæ causæ nulla sit causa Bald. in c. Ecclesia ut lit. pend. Et nemo potest dicere Papæ, cur ita facis? secundū specul. intit. de leg. § nunc ostendendū vers. 39. Et Bald. in prelud. feud. Sic Gelasius, Papa in Epistola ad Athanasium Imperatorem alloquitur his verbis Nosti itaq. (Imperator) ex illorum (Pontificum) te pendere iudicio: **NON** illos ad tuam **POSSE REDIGI** voluntatem. Quod vero sedeat in templo Dei, satis patet ex superioribus, dummodò intelligitur Verbum sedere pro Imperare per Theologicam phrasin accipi, Supra septem colles autem habitare, etiam patet, cum sedem suam Romæ, quæ septicollis est, habeat, & Thronum suum super septem Reges. H. e. Electores translocet, cum ille sibi arroget ius creandi & deponendi Imperatorem.

11. At quod sumat sibi potestatem creandi & deponendi Imperatores, Apud Aventinum extat in Hadriani quarti pontificis Epistola, in qua sic legitur: Romanum Imperium à Græcis translatum est ad Alemannos, ut rex Teutonicorum non ante quam ab Apostolico coronaretur, Imperator vocaretur. Ante consecrationem Rex, Post, Imperator. Vnde igitur habet imperium nisi à nobis; Ex electione Principum suorum habet nomen Regis, ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris & Augusti, & Cæsaris. Ergo per nos imperat. Item
ibidem,

41.

Ibidem. Imperator quod habet, totum habet à nobis. Sicut Zacharias transtulit Imperium à Græcis ad Teutonicos, ita nos possumus ab Alemannis transferre ad Græcos. **ECCE IN POTESTATE NOSTRA EST**, ut demus illud **CVI VOLVIMVS**. Propterea constituti à Deo super gentes & regna, ut destruamus, & evellamus, & ædificemus, & plantemus. Et apud Ranulphum lib. 7. c. 26. in Polychronico legitur Celestinus III. Henricum Sextum coronasse Imperatorem sub hac forma: In primis recepto ab eo iuramento ante gradus Ecclesiæ Romanæ, quod Ecclesiam Dei defenderet, eius iura conseruaret, rectam iustitiam teneret, Patrimonium Petri si quid ablatum fuerit, pro posse revocaret. E contra Dominus Papa in Cathedra sedens, coronamque Imperialem manibus tenens inclinato capiti Imperatoris imponit: quam tamen statim PEDE in terram excussit, designans per hoc, quod ipse Papa haberet potestatem creandi imperatorem, si meruerit, & deiciendi si demeruerit. lib. 1. Cerem. Pontific. sect. 3. c. 3. Quando Papa per scalam ascendit, Equum maior princeps qui adest præsens, etiamsi Rex esset aut Imperator, stapham Equi Papalis tenere debet, & deinde ducere Equum per frenum aliquantum. Si Imperator aut Rex soli essent, id est, non esset alius Rex, soli equum ducerent cum manu dextra. Sin vero esset alius Rex, dignior à dextra, alius à sinistra frenum tenerent. Si vero Pontifex non equo, sed sella veheretur, etiamsi Imperator aut Rex adesset, sellam ipsam cum Pontifice humeris suis portare aliquantulum debent. Item sect. 12. c. 5. Princeps ciuitatis, quam Papa intrabit, etiamsi esset Rex, ducet equum Pontificis freno: vel si Pontifex vehitur sella, subit sellam cum suis proceribus dignioribus per aliquot passus, deinde iubente Pontifice, Rex ascendit equum, & equitat suo ordine, d. lib. 1. tit. 2. Quod si ita placeat Papæ, ut non equo, sed sella vehatur, tunc Imperator vel Rex, si quis adsit, debet ipsam sellam suis humeris sustinere. tit. 2. Imperator in conuiuio

E

uio

vio aquam Papæ manibus ad lotionem præbere debet. tit: 2. In Papali conviuiuo Imperator vel Rex debet portare primum ferculum eod. tit: 2.

Hic sciens prætereo caput 4. prioris ad Timotheum, quomodo Papa exequatur officia Antichristi, prohibens nubere, abstinere a cibis, cum iam, ut arbitror, satis probatum sit meum propositum, satisque confirmata Maior propositio mei syllogismi, cuius connexio tam firma est, ut nulla sit firmior: Nam quicumque hominum hæc sibi tribuit, tam fastuosa, tam blasphema, ille certe non potest non dici, quod efferat se supra omne quod dicitur Deus & divinum: Nec potest hic effugium quaeri, quasi illa primò Dei sint, sed Papæ subordinatè data: Nam hæc omnia talia sunt, ut nemini hominum mortalium (nisi Deo unitus sit personaliter) nemini Angelorum, tribui aut dari quocunque modo debeant aut possint: sunt etenim regalia solius divinæ gloriæ, quam ipse Deus alteri dare non vult: Esa. 48. Cætera illorum quæ talia non sunt, sed Magistratum Politicum concernunt, illa non minus arguunt Papam se supra omne quod dicitur Deus efferre. Nam & ipsi Magistratus dicuntur Dij in sacra scriptura psal. 61, Ioh. 10. Hinc iam irrefragabiliter concludo: Ergo Papa est Antichristus. Et nunc amplius non opus est quaeras, qua fronte, cuius ope & auxilio fretus Papam dicamus Antichristum. Fit enim hoc duplici auxilio, primò, auxilio verbi divini, deinde Pontificiorum Legistarum.

Quo posito, quo dato, quo confirmato pergis exclamare, *quales nã censeamus Augustissimos Imperatores, Reges invictos pag. 31. Principes serenissimos, ordines illustrissimos, quos servos Antichristi faciamus?* Mi Stevarci, quæ nova te & Papam tamque subita erga Imperatorem & Principes incessit Relligio? Quo loco tu, quæso, habes Imperatores, Reges, Principes, cum tuo Papa? Nonne ut Scabella pedum vestrorum? Nonne pro Aspidibus & Basiliscis? Imò ne contrahiscere quidem audent, si pede elevato Papa illis coronam de capite detru-
dat:

dat : Quos Papa pro suo nolle & velle Iudit, trahit 43.
 retrahit, creat, deponit, excommunicat, Regni titulo pri-
 vat, Imò illo loco habet Papa summum etiam Reipublice
 temporalis Principem, ut dirigat illum & iudicet, ipse
 verò ab illo nec dirigatur nec iudicetur, ut nemo dicere
 possit Papa quid facis. Imò Imperatores vult Agalones
 cum Papa equitat, baiulatores sellæ Pontificiæ, Aquarios
 cum Papa se lavat, O secula, ô mores! Macti sitis vos illu-
 strissimi Principes, evigilate, iudicate, ultra partium vos
 servos faciat, Lutheranave vel Pontificia Ecclesia ?
 Nos certè veneramur vos obediencia supplici, non igno-
 rantes illud ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus
 supereminentibus sit subdita, non est enim potestas nisi
 à Deo. Illi etiam pedibus vos calcare audent, & vel
 cogere vos in omni verba iurare. Ideoq; devotè nobis
 hanc spem facimus, vos facile agnituros, has Sycophan-
 ticas contra nostras Ecclesias, accusationes & delationes
 esse, & benignius de nobis nostrisque Ecclesijs sensuros.
 Illi ipsi qui panes vestros comedunt, vos premunt. Tu
 ergo Stevarci erue prius trabem ex tuo oculo Papistico,
 antequam in oculis Evangelicorum scruteris spicam,
 quæ nulla est : & desine nos ut nebulones proclamare, &
 contra nos inflammare Imperatores & Principes, qui
 certè longè humaniores & mitiores sunt, quàm qui his
 sanguinolentis, truculentis, flammigeris, ensivomis ru-
 ctibus & clamoribus, in sanguinem nostrarum Ecclesia-
 rum accendantur. Nihil enim proficis, cum, sic illo
 ore planè Tyrannico proclamas, inquit : *mihî nimia*
penè hæc videtur Optimorum Principum clementia, qua
tales Calumniatores iam pridem tolerant. Fateor
nebulones istos indignos esse, quibus respondeatur, &
celsioridignitatis & felicitatis gradu locatos Imperij
Ordines, quàm ut horum canum latratu ladi possint.
 Ego verò rectius sic aio. Nimia verò Optimorum
 Principum Patientia qua tales Dominantes Domi-
 nos tolerant. Fateor, pedes illorum indignos esse
 qui

qui terram terant, & celsiori dignitatis & fœlicitatis gradu locatos Imperij ordines, quàm ut horum non canum sed urforum Calcaneis conculcentur, & terantur adeò nulla ab illis habetur ratio Regum ac principum. Sis arbiter, quisquis es, vel Pontificiorum vel Lutheranorum, uter in Magistratum Politicum sit iniurius. Et tu Stevarci I & dic nos criminis læscæ maiestatis reos, si ex verbo Dei sanam & genuinam de Antichristo Sententiam astruamus: Qui optimè hoc quicquid est perversi moris suxisti ex Pharisæis, qui ut Christum & Apostolos in periculum animi & corporis vocarent, traduxerunt eos ut rebelles in Imperatorem Romanum, & Magistratum publicum calumniantes, & sæpenumero tentarunt extorquere tandè aliquid, quod in Imperatoriam maiestatem iniquius dictum aut factum esset. Sed sicut ibi Christus respondit, ita & nos hic quoque, Quid me tentatis Hypocritæ; & animo & ore non fucato respondeamus; Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, ut vos confusi nobis relictis tandem abscedatis. Interim autem nec in huius nec illius gratiam quicquam mutamus, (Sicut nec Christus facit) in sacra scriptura contra vos docenda & propugnanda, & confessione nostra contra Antichristum Papam intrepidè, si opus sit edendâ; & prompti sumus, Confessionis Evangelicæ ergò, vestris Hispanicis rogis imponi, comburi, & in cineres redigi, a vobis vestrisq; carnificibus, ad vindicandam Dei gloriam suspendi, affari, viui mortuiq; mactari, balneis marinis proijci, à vestris Inquisitoribus abduci & torqueri, imò à vobismet ipsis crudi & cocti denorari & mandi. Hic enim locum habet illud Deo magis obædiendum quam hominibus: Et illud, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.

Hæc tibi ad ea quæ 32. 33. 34. 35. paginis ad vindicandum scilicet honorem Magistratus nostri submissè colendi, quæ si à nobis offensi, prolixè differis responsa sunt.

Quod verò inter cætera pag. 33. nos miseros prædicantes:

dicantes derides, & nafutè deludis, *Miseros* vocans, fac
cis hoc cum autoritate Nafi cuiusdam Minoritæ, quem
in margine contrá nos citas. Fatemur sanè nos Prædi-
cantes non tantùm miseros sed & misellos & misellulos
esse, quia nos nō producimur ad tantos honores, Opes &
Dignitates, ut vos Iesuitæ, nec etiam cupimus: idem
quod prædixit Ioh. c. 18. Apoc. Mercatores eius (Mere-
tricis Babylonice Romanæ) de Virtute deliciarum eius
diuites facti sunt, & inebriati sunt, qui inhabitant ter-
ram, de vino Prostitutionis eius. Ideoq; rectè nos Præ-
dicantes *Miseros* dixisti, ut hoc ipso argumento confirma-
res signum Antichristi Romani. Quid ergò ægri nobis
fieri posse putas, quod dicis, *Principes nostros nullam in no-
bis dignitatem agnoscere, & viles etiam nobis Opifices & ho-
mines contemptissimos præferre?* Sanè dignitas Euangelij,
personarum dignitate, ab hominibus arrogata, vel de-
rogata, non stat caditvè. Quod verò principes nostri
nobis opifices & homines viles præferant, id si factum
sit, nos, ut miseros, & qui dignitates parui pendimus,
non malè habet, quo ad nostras personas: An verò fa-
ctum sit, ego non credo, usque dum testem fide dignum
proferas. Quem verò quæso profers testem? Citas in
margine Nasum Centuria 1. c. 41. in effigie monstrantiæ
Lutheranæ causa. 4. Ohe profectó pudet me tui & tui te-
stis. Nam ut tu videas, te aliquando diliranter agere, ex
nimia in nos bile, perpendam tecum quisnam sit ille Na-
sus, quem in tuæ causæ honorificum vocas testimonium.
Ego verò ne verbulum quidem ex meo addam, sed pro-
ducam testem te & me maiorem. Quem? Principem. Tu
verò hic excipies, quasi Principem producturus sim E-
vangelicum. Non producam talem, ne quid sit quod ag-
gannias, sed producam Principem, Paulum, Principem
de la scala & Hun, Marchionem Veronæ &c. Dominum
Creutzburgum Prussiae, Catholicæ Romanæ fidei asser-
torem & defensorem strenuum, ille tibi physiognomiam
tui Nafi, in Oratione quam inscribit Methodum revo-
candi

candi Hæreticos (Lutheranos) ab erroribus contra cen-
 turias Evangelicæ veritatis, In initio fol. 220. sic deline-
 at : Ea demum, inquit magna voluptas est Nase, æqua-
 lem ac parem verbis vitam agere, neque quicquam tam
 obscænum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni gene-
 re facinoris ætas tua respondeat. Versa pag. Quæ
 te dementia cœpit, Nase, ut ex Monacho rabulam foren-
 sem imò Calumniatorem perditissimum agas ? Fol.
 221. Centurias Evangelicæ veritatis rectius Cento-
 nes Calumniarum inscribere debebas. Ibid. Homo
 levissime. Ibid. Qui mihi audes studium bonarum
 artium ut vitium obijcere, cuius semper nocens eguisti
 patrocinio. Versa Pag. Homo qui luxuriæ & desidi-
 plenus sit. Ibid. Neq; quisquã magis Impius est in Eccle-
 sia Catholica, quàm tu. Ibid. Imo verò tu Nase Aposta-
 ta, qui summorum Hæreticorum patronum agis. Fol.
 222. Si Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ verus alum-
 nus fuisses &c. nunquam ista scelerata tua mente atq; ne-
 quitia inusitata meam innocentiam incessises. Ibid.
 Te ab omni humanitate derelictum, perditum & redun-
 dantem impudicitia flagitiola atque ignavia singulari.
 Quis est tam stupidus, qui non videat, utramque illam
 centuriam nil aliud continere, quam inanes centones &
 meras calumnias ? Ibid. Patet in ipso titulo libri,
 quem Evangelicæ veritatis centurias nuncupasti, qualis
 sit tua illa monastica castitas, quæ castis eloquijs consta-
 re debet. Prodidisti enim Virus quod in pectore geris,
 Spiritum videlicet Brutum, animale, tumidum, intræ-
 stabilem cum carne coniurantem, à veritate desciscen-
 tem, qui inflat & non qui ædificat. Pagina vers. Pro-
 didisti inquam pilis ovillis vestitam mentem Lupi, pro-
 didisti talentum tot mendacijs vallatum, tot tenebris in-
 volutum, tot imposturis septum, tot nasus inflatum, ut
 nemo ambigat, quin illa omnia quæ tanta arrogantia e-
 vomuisti, tanta petulantia effutivisti, tanta procacitate
 blativisti, tanta impietate congestisti, sint, non à Viro Ca-
 tholico

tholico sed **DIABOLICO**, non ab alumno Ro- 47.
manæ Ecclesiæ, sed à discipulo Babylonicæ meretricis
impiè & nefariè conficta & conflata. Haftenus ille.
Plura ex hac Oratione recitarem, nisi animus tam adhuc
esset erga illum bonum Stevarcium inoffensus, ut non li-
beat eum magis pudefacere. Adiciam saltem Bernar-
di Mollerii hominis non minus Catholici, in Nasum
hunc, Epigramma mirè elegans:

*Qui poterat naso suspendere nuper aduncos
Dum fluida nasus sorde repletus erat.
Si quid fecis erat, si quid pituita nocebat,
Naribus emunctum suspicor esse tuis:
Si sapias emuncto nunc cautius utere naso,
Postea cum nasus ne tibi pugna fiet.*

Hæc est illa physiognomia tui nasi aut Nasi, homi-
nis Catholici, ab homine Catholico descripta, quem tam
honorificè ut Testem contra nos advocas, & per hunc ho-
minem ut per fide digniorem probas, ea, quæ tibi dicenti
nemo sanus crederet, quòd si verò à Teste, ad eum qui te-
stè citat, argumentandū est, quis, quæso, Stevarcius esset
futurus hoc Principe Catholico Iudice? Vbi iam verò
tanta vestra quæ passim iactatur Fidei & animorum uni-
tas? Quòd si verò invicè vos mordetis & comeditis, vi-
dete ne ab invicem consumamini. Sed hæc non mo-
ror, velim tantum te recordari Modestini in l. 2. ff.
de testibus, quod in testimonijs dignitas, fides, mores,
gravitas examinanda. Et c. super 13. eod. t. Quod
hærenti in manifestis flagitijs ad testimonium dicendum
non detur locus: Quis ergo Naso homini tam improbo
& Levi vel tantillum fidei adhibebit? Et si hæreticus te-
stis esse nequit, Bald. de test. §. r. n. 59. an putas Naso qui
Hæreticorū patronus à Catholico Principe declaratus &
pro clamatus est, vel tantillū fidei adhibendum esse? Ab-
siste ergo contra nos illum hominem mendacem, & illi-
us centones Calumniarum, vel nunc vel in posterum
producere.

Sed

Sed properando ad finem multa paucis contraham, disputas per pagellas 36. 37. 38. 39. 40. hanc Thesis, An Iesuitæ sint docti? tandemq; pag. 41. Generale hoc Porisma, *Iesuitas indoctos nequaquam esse*, præter ea quæ passim inspergis maledictoria, colligis. Ego vero tui causa rubore suffundor, quod sicut cerdo cerdonem ex pacto honoret, sic tu etiam tuas conductitias laudes videaris prostituere. Ideoq; tibi hoc genus lucri non invideo, miror magis. Et simpliciter quæro, Quæ, qualis Quanta sit hæc propositio *Iesuitæ nequaquam sunt indocti*: Indefinitam eam esse negare non poteris: cui verò illa æquipollet, Vniuersalinè an particulari? Si particulari, tum noster Historicus est extra noxam omnem, qui non semper sed sæpe se indoctos afinos depræhensos vidisse ait: nec enim dixit in tanto grege omninò nullum doctum fuisse inventum. Tu verò si in solidum, planè vniuersalem voles hanc Propositionem, certè est quod nobis in mundo mirificè gratulemur, Tales aliquando extitisse Præceptores, qui quod nec Plato in sua Academia, nec Aristoteles in suo Lycæo obtinere potuerint, illi sine labore consequantur, quid ergo vetat Iesuitas Platoni & Aristoteli præferre? Ergò etiam vestri fratres ignorantia nequaquam sunt indocti? quibus ne quidem licet esse doctis, ex vi vestrorum Canonum, In quibus nò hoc potissimum arguimus, quod in Republica vestra sunt quidam indocti, sed quod nec ijs qui ardenti animi cupiditate & desiderio aspirant ad doctrinæ perfectitudinem locus datur naturalem illum impetum, quo quivis hominum appetit, non tantum conservationem sed & meliorationem (ut ita loquar) sui, complere. Hæc de vestra Seraphica eruditione. De Scholis vestris cetera à pag. 42. usque ad 51. complentur ut de institutoribus, de Pueris Discipulis, de Parentibus & alijs, quæ valde clamosè extolluntur, idè scilicet quia illi, nullas Scholas, nullos Præceptores nullos discipulos nobiles, illustres, illustrissimos & generosos esse nobis, somniant. Sed hæc omitto, & vnum atque alterum quod hic notandum venit,

nit,

49

nit excerpto. Nam pag. 43. pro more tuo affingis Eliæ quod dixerit *fecem tantum & liberos humilioris sortis & abiectos in disciplinam Iesuitis tradi*, quasi nullos planè nobiles, nullos ingenuos, nullos meliore loco natos in Scholis vestris esse asseruerit unquam Historicus noster: Nam hoc nunquam voluisse Historicum nostrum, & te mentitum esse, tu ipse convincis. Paulò ante enim præcedentibus lineis recitasti verba nostri Historici, quod dixerit, *Iesuitas multa millia coronatorum missorum accipere*. Quod si verò tot coronatorum mittantur Iesuitis pro Institutione, quis credit Eliæ unquam in mentem venisse, dicere apud Iesuitas, nullum esse meliore loco natum? Nam certè à pauperib. non tanta auri aurora resplendet. Quod si tu verò hanc insperatam & incredibilem contradictionem nostro Historico imputare velis, ego te valdè lippum iudicaverim, qui cum alia rimari volueris, hæc tam manifesta & cuius obvia non videris.

Ultimum adjicio, quo gravissimè nos accusas, quod dicamus discipulos vestros (quorum plurimi sint Principum & magnorum Dynastarum filij) Moloh Idolo sacrificari, sed id fit pro more Pharisaico, quo quoties aliquid ex verbo Dei verè demonstratum est, brachium seculare adjungitis. Tu ergò omnia ea, quæ hic dicis, examina ad Thesin eam, quam supra liquidò demonstravimus, nempe Papam Antichristum esse, & Babylo-nicam meretricem. Quod si jam tu pro tua bonitate & facilitate subsumas, Te ipsum, Iesuitas, Monachos, vestros discipulos, nobiles & ignobiles, sive eos sacrificio sive voto quodam devoto commissos, concreditos, oblatos, dedicatos huic Deo: ipse collige conclusionem, quinam & vos & ij futuri sitis, nec postea in nos fabam hujus malæ consequentiæ cude, stat enim ex verbo Dei sententia, Papam esse Antichristum & Deum fictitium, hoc est Idolum. Qui ergò seipsum jam vel Discipulum vel servum vel amicum Papæ fecerit, quid quæso ille nobis ascribet, quod ipse Antichristi discipulus servus aut amicus sit? aut quod sit sacrificium Idoli? cur in nos torvus est? cur nobis indignatur? accuset seipsum. Et tantum de secundo capite.

G

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

Quid Iesuitæ sint si secundum doctrinam examinentur, satis superq; est demonstratum: Sed quid dixi, minus adhuc, quam sint revera, ab Historiographo nostro dictum est. Nunc caput tertium aggrediendum, in quo de vita eorundem agetur, & quidnam hinc Iesuitis afflictum esse fingat Stevarcius, perspicendum. Tres autem virtutes ascribuntur Iesuitis toto hoc capite. 1. Paupertas. 2. Castimonia. 3. Obedientia: Sed tu hinc non reales tales, sed verbales saltem virtutes intellige, ut in progressu ipsemet fatebere. Quod iter antequam aggrediar, non possum hinc propter insignem calumniandi & imprecandi importunitatem Stevarcij, in fronte huius capitis quosdam quasi oris diri flosculos decerpere & proferre, ut initio statim apertum sit, quod cum in nullo capite tam acerbis & virulentis sit Stevarcius quam in hoc ipso, ubi de vita Iesuitarum agitur, nullibi magis Rei veritate & evidentia tactos & offensos esse Iesuitas. Ut enim ægroti maximè dolent ea parte, ubi ipsius ulceris sedes fons & causa intus latitat, maximeq; ejulant & vociferentur, quando ille locus acu medica tangitur & pungitur: Sic ubi ulcus purulentæ conscientie Iesuiticæ verè tactum & punctum est, & puris apex expressus, maximè dolere cœptum est. Hinc ille planctus, ille clamor, illæ lachrimæ. Sed proferam quosdam ejus puris flosculos, Nares comprimite ne vos foetor linguæ malefanæ lædat. *Nescis, inquiunt Iesuitæ, quid mereatur lingua tam petulans? Excindi meruit & tui similibus cocta apponi.* Item, *Hæc si non credis, Polycarpe, velim illi domui adversus penderes, ut ea sensu saltem perciperes & perires.* Item, *Nequam est & crucem meritis.* Et huc quoq; referam illud ex capite sequenti: *Non sub salutari Christi cruce facile militabis, sed potius sub cruce funesta, illa scilicet, quam quidem egregie decorares.* Quid tibi videtur, Lector, de his Iesuitarum formulis? Procul dubio usurpabis illud Christi Luc. 6. Ex abundantia cordis os loquitur. Quo nomine



51
nomine facere non possum, quin hic ludum illum lepidum
cujusdam referam, qui quæsitus, undenam certum
indicium de Patre (si ignoretur) sumi possit? Respon-
dit ex Animi πάθει, & inclinationibus naturalibus,
quibus homo ad diversa impellatur; ut, si quis natura-
liter ad venationes rapiatur, de Patre venatore. Si ad
Ebrietatem, de Patre Helluone conjecturam capiat, qua
de re etiam apud Græcos Apophtegma quoddam me-
mini. Quod si ergò de Iesuitarum parentibus conjectu-
ram aliquis hoc modo instituere vellet, is certè aliter di-
cere non posset, quàm Iesuitas fortè Carnifices parentes
habuisse, qui tanto imperu ad carnificinas ferantur:
Nam patibulum, furcam, crucem, rotam, suspensiones,
linguarum excisiones, sectiones, coctiones cogitant,
somniaut. Cui enim homini non est aliàs grave de his
ad Carnifices spectantibus operibus audire, nedum dice-
re aut scribere nisi is naturaliter ita connatas hæc ha-
beat à Patre qualitates? sed cum arbitrer illos hæc seriò
non voluisse, sed jocosè saltem protulisse, jocari etiam
ipsum desino, rogans, ut si jocari velint, non ab illis fu-
nestis & horrendis, sed aliunde jocos hauriant, nos enim
Lutherani indignos nos illis jocos judicam⁹, jocentur illi
ità cum suis. Et nunc his sepositis, ad res ipsas me con-
verto, nempe ad Iesuitarum paupertatem: Sed quò me
verto, cum nullibi sit Iesuitarum Paupertas? Rectè dixi
me converti nunc ad Res; nam paupertas Iesuitarum
sunt Res ipsæ. Itaq; non de paupertate prout est, sed
prout esse debeat, dicemus.

Paupertatem suam ita describunt, non ut nihil ullo modo habeant, sed ut nihil veluti proprium possideant, non ut omnibus rebus egeant, sed ut quamminimo sint contenti; non ut fame moriantur, sed ne à virtute cupiditatibus abstrahantur. Mi Stevarci, dicam quod sentio, tu subtilitate hac tua extrà chorum saltas, & non paupertatem astruis, sed εὐταρκείαν, de qua 1. Tim. 6. & Hebr. 13. Sis contentus præsentibus, quæ opponitur pleonexiæ seu sollicitudini de victu corporali. Verùm de ea non erat quæstio, neq; hos

hoc est *votū paupertatis*; Nam Deus in genere ab omnib⁹ omniū ordinū hominibus illam *αυταρκεια* exigat & requirit, & quivis Christianus, sive ille factor sive tutor sit, ex laboribus suis vivens, hoc paupertatis votum vovit & servat, cui pietas cum sufficientia magnus quæstus est 1. Tim. 6. Non illa ut aliquis se claustrum Cœnobij immergat, verum si vel in medio secularium foro emat & vendat. Atq; sicut 1. Corinth. 7. præcipitur omnibus Christianis, ut qui uxores habent tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, ita quoq; omnibus Christianis præceptum putamus, possidentes propria bona, tanquam non propria bona possideant, esse debere. Quid ergo est, quod vobis præ omnibus paupertatis votum ascribatis, cum etiam quivis Christianus ut Christianus, sic in medijs divitijs sit pauper? Quod si verò placet vosmet hoc modo pauperes dicere, cur non rectius gloriamini de voto *αυταρκειας* non paupertatis? Sed fortè si vos *αυταρκεις* & præsentibus contentos, nihilq; amplius desiderare vos diceretis, tum præcluderetis hac ratione manus Regum & Principum, ut sic secum cogitarent: Quod si Iesuitæ contenti sunt suis, nec plura desiderant, non opus erit mari aquas addi, sed in egenos & pauperes potius nostras Eleemosynas conferemus. Hic ergo Iesuitæ; ecce nos quoq; pauperes, nos quoq; egeni, Date ergo nobis, & dabitur vobis. Hæc est illa *αυταρκεια* sed mirè cum *πλεονεξια* conjuncta. Nos quoq; in nostra vocatione etiam seculari, ut vocatis, sic pauperes esse possumus, ut revera proprium possideamus, & tamen id non possideamus ut proprium, neque hic statim necessario flagitatur Monastica bonorum communio. Hic jam attende: nos Prædicantes dicimus Bonorum communionem necessariam non esse, ergo tu pravè contra conscientiam tuam loqueris (si quæ tibi reliqua) quod *Prædicantes Lutheranos ad mulieres Anabaptisticam dicis extendere communionē*, Id est, quia Prædicantes Lutherani, quicunq; verè hoc nomine gaudent,

53
dent, non concedunt communionem bonorum Ana-
baptiticam, Ergò multò minus concedent uxores esse
communes, quod tamen Lutheranos facere dixit Ste-
varcius, sed falsissimè. Sed hæc per digressiunculam:
nunc ad paupertatem vestram, quam Christi paupertati
videris comparare velle, venio. Ut autem *ἁγιωσύνη* col-
lationis uberiores habeas, paucula de voto paupertatis
Christi sic habe. Christus ait Lucæ 9. Vulpes foveas ha-
bent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet. At quam hîc facis *ἁπό-
δοσις*? Ni fallor hanc: Vulpes foveas habent & volucres
cœli nidos, sed quid nobis Iesuitis cum foveis & nidis?
Nobis sunt ingentia palatia & atria, neq; hoc injuria, sic-
ut enim nos summi Pontificis vulpes sumus bipedes,
sed præstantiores quadrupedibus, (de quibus Christus
loquitur,) ita quoq; jure competit nobis, non in foveis,
sed in palatijs & atrijs habitare. Et quod Filius homi-
nis non habuit, ubi caput reclinet, id pro sua fecit humi-
litate, ut nos, scilicet Iesuitæ, molliculis, blandulis, deli-
catulis lectulis, cervicalibus, pulvinaribusq; nostris ca-
pitula reponere possimus: Ergò nos veri sumus imita-
tores paupertatis Christi: Nos egeni & pauperes. O
valdè durum & grave hoc paupertatis onus!

Nos ingenuè, dum quæris, *an velimus sic esse paupe-* Pag. 53.
res? Respondemus, libenter, sed in vitæ genere alio,
quod minus fauciaret conscientiam, ad eò nec Polycar-
pus nec alius quisquam exhorrescit ad hoc grave pau-
pertatis onus, sed quod tamen nec nos nec alij in id vi-
tæ genus, nosmet catervatim præcipitemus, non fit ob
horrorem vestræ paupertatis, sed ob amorem conscien-
tiarum nostrarum, quas nolumus cauterio impietatis su-
perstitionis & pigritiæ fauciare. Hinc quod de Inviden-
tia nostra conquereris, quasi *invideamus vobis illas opes,*
illa palatia, certè falleris: Nam ut cum Virgilio loquar; Pag. 55.
Non equidem invideo, miror magis, Aut; Non equidẽ
invideo, miseret magis, dum memini quid Iohannes ca-
pite 13. de hisce divitijs futurum prophetizet, Mercato-

res horum, inquit, qui divites facti sunt ab ea (Babylone Romana) longè stabunt, propter timorem tormentorū ejus, flentes ac lugentes & dicentes. Væ &c, quoniam una hora destitutæ sunt tantæ divitiæ. Igitur utamini illis dum licet, nos nobis eas non optamus. Sed quod hæc de vobis dicantur ex præcedenti capite hujus Refutationis nostræ patet, ubi AntiChristi quæstio satis determinata est.

Prætereo cætera de Ædificijs & Palatijs vestris, quæ Regia dici posse non putas, cum pedibus gemmas Iesuitæ non substernant, laquearibus aurum non illinant, parietibus aulea non suspendant? Nî me animus fallit, habent adhuc Iesuitæ à quibus superentur. Indignum, dare posse alium adhuc apparatus Regium, hoc Regio apparatu magnificentior: qua indignatione tantopere commotus est Stevarcius, ut inter ea quæ Regia dici possint, gradus esse non agnoverit, cum tamen aliàs notum sit $\mu\alpha\lambda\lambda\omicron\nu\nu\epsilon\gamma\iota\sigma\tau\omicron\nu$ non diversificare specie. Etsi ergò magis Regium sit, gemmas pedibus substernere, tamen itidem quoq; regium est, gemmas calceis gestare, (quod Pontifex) vel præaktis, & in cælum minantibus atrijs & turribus habitare Principellos Iesuiticos. Sed dum de Ædificijs dico, sat scio affinget mihi quoq; ut Historico nostro affingit, dictum *Templa & sacraria aurea & argentea suppellectile ornanda non esse*, sicut hanc quoq; umbratilem sibi fingit hypothesein, contra quam mirificè disputat, cum tamen non ignoret, quæ nostrarū Ecclesiarum de Adiaphoris his sit sententia, ut hac de re satis luculenter nostram mentem exponit caput 10. formulæ Concordiæ. Scito ergò semel pro semper, te ipsum temet risui exponere, tam tuis quàm nostris Ecclesijs, si quid affingas nobis quod nunquã in mentem Ecclesiarum nostrarū venit. Tam enim te rudem æstimant, ut ignores certamina Ecclesiarū nostrarū cum vestris, de quibus tamen judicandum tibi sumas, ut cæcus de coloribus. Quod si ergò nihil plus peccetis, quàm ut templa vestra debito modo ornetis, quò omnia fiant $\epsilon\upsilon\chi\eta\mu\acute{o}\nu\omega\sigma\iota$:
tam

Pag. 60.

55

tam non erimus vobis aduersi, ut neq; nos careamus ca-
licibus aureis & argenteis in usus sacros adhibendis, sed
sine vestra superstitione. Ultimum in Pleonectica
hac paupertate est, quod *neget quod Iesuitas abegisse vere-* Pag. 63.
res colonos, viduas, pupillos & sedibus suis, in diruendis domi-
bus priscis & exedificandis collegijs Iesuiticis. An hoc ne-
gat? Imò. Quomodo quæso? Factum non negat, ut
precio dato coacti fuerint emigrare, at hoc Iesuitis im-
putandum non esse, sed Principibus. Ita hujus imman-
suetudinis & inhumanitatis reos facit Principes, ma-
nus lavat, & in alios hanc fabam cudit. Postea excla-
mat, *age veni consule Principes serenissimos, jube tibi ratio-*
nem reddant, cur viduas expellant: Isthuc me herculé est
sapere, ut hosce instruxit, ipse sibi cavit loco. Et si ne-
scis Machiavelliticum, hoc est consilium, ut si tibi res
cum alio fortiori sit, tu caput laqueo eduas, alterum il-
li parem aut superiorem implices, & te liberares. Tum
verò Possevinus videri velit Machiavellum refutasse, in
Theoriâ, cur tu eum in praxi adhibes in usum?

Haftenus de voto Iesuiticæ Paupertatis verbali.
Nunc agendum est de eorum castitate & puritate. Iam
fat scio, Lector subrides, & tecum musitas. Anne etiâ
μη ὄντων rerum non existentium sit scientia? Da veniam:
Licet etiam aliquando de Chimæra disserere. Sed ut ini-
tio statim constet, qua de re litigemus, & in quibus con-
veniamus, fateor, Patres Societatis de Iesu Seniores hac
suspensione sinistra à nobis liberatas, quandoquidem illi
ob ætatem effætis viribus membrisque, Mundo verè sint
demortui, in eo ergò convenio tecum Stevarci, quod est
pag. 76. Patres Societatis Iesu (verè Patres) excellenti-
(aut senectute) animi voluptates spernere. Vnde de
ijs non litigemus. De cæteris sic agam, ut quantò tu
sis verbosior, tantò ego sim brevior. Nam ipsa tua ver-
bositas evincit vos causa laborare. Bonæ enim causæ
vel tria verba sufficiunt. Sed antequam ad Rem ipsam
accedam, ad Lectorem me verto, cum summa hac
protesta-

protestatione: me præ juvenili verecundia subterfugere hanc ad adultiores pertinentem Disputationem, & ob id mihi usurpare illud quod D. Lutherus in fronte Concionis sacræ de Conjugio Tomo Ienensi fol. 146. se non libenter, ob sinistra malesanè Iudicantium judicia, de his materijs sermonem instituere, interim tamen oportere, ut vincat Necessitas Materies & Ordo. Quod si ergò tanto Dei viro periculum visum est temeritatis & sinistrae suspicionis, quid mihi nunc mentis esse, Lector, autumes? Ignosci ergò peto, & omnia ut casto animo proferuntur, castis auribus excipi volo. Sicut enim Deus mens casta est, ita castis quoq; gaudet & delectatur.

Nunc ad te Stevarcium: Ais, in hac, de Iesuitica castitate, dubitatione seu controversia, Fundamentum hoc poni, & hanc thesin nobis figi: *Castè vivere neminem posse*. Ego respondeo non figi à nobis hanc thesin, sed à te nobis affingi. Profers Lutherum, qui dixerit venereas cupiditates non minus ingenitas atq; expetendas esse quàm cæteras naturæ Necessitates. At hæc verba sic non leguntur loco à te citato Tomo Ienensi fol. 147. Nam etsi à Deo implantatam & ingeneratam Naturæ humanæ dicat, ut potentiam naturalem, τὴν ὄρεξιν procreandorum liberorum & proclivitatem conservandi genus humanum, & ob id quoq; necessariam esse ad speciei conservationem, sicut etiam cæteræ naturæ necessitates: tamen non sic eas expetendas dicit, ut tu vis. Et esto, eum dixisse cupiditatem procreandæ sobolis necessariam & expetendam esse, quid erit hic dictum absonti? Nam ut per totam se concionem explicat, dicta hæc sunt ratione finis optimi, ab optimo Autore instituti. Et oportet ut distinguas inter δάμασιν illam naturalem, quatenus res est à Deo condita, & Ens aliquod bonum; atq; inter ἀταξίαν δάμασιν adjunctam, ut sit etiam in cæteris. Exempli gratia. Si moveris manum ad occidendos Lutheranos, ipse motus, ut motus, est res creata à Deo, & in se bona. At accedit huic rei bonæ ἀταξία, quod ad pium interimendum adhibeatur. Intelligis hæc
fortè

57
fortè: Sic item habe de cupiditate maritali, quæ quate-
nus affectus est, res bona est, sed si malè usurpetur secun-
dum varias circumstantias ὅτε δ'εἶ, ἐφ' ὅτις, πρὸς οὐσ' οὐ
ἐνεκα καὶ ὡς δ'εἶ, est vel bonum vel malum, ut etiam ea de
re est apud Aristotelem lib. 2. cap. 6. Ethic. & alibi. Imò
verò ipse Spiritus Sanctus planissimè hæc distinguit, cum
inquit Psalmo 4. Irascimini & nolite peccare, Ergò ira-
sci in se non est peccatum, Affectus maritalis non est pec-
catum in se, sed fit per accidens. Sed hæc fortasse vix ca-
pis: Si capis ita capies, ut sicut in ampulla acetosa ace-
scunt etiam dulcissima, sic in animo tuo nimis acetoso
etiam hæc purissimè dicta vertantur in crassum amarorè.
Sed quid obstat, dum modo sic se res habeat. Certum
est nos etiam hunc affectum tali modo consideratum,
pro Dei bona creatura agnoscere, interim affingi nobis
castè neminè vivere posse. Nam quæ illa esset dementia,
primò omnes homines ratione ætatis insontes, ratione
defectus naturæ immunes, ratione casti conjugij puros
castos, impuros & incastos accusare velle? Pudeat te hu-
jus figmenti, nos hanc Thesin ponere, *Castè neminem vi-
vere posse?* Nescin' nostras doctrinas? legistin' nostra
scripta? advertistin' quomodo castè vivere homines pos-
se, dicamus in conjugio? Quod si verò vel in conjugio
vel unus aut alter dictus sit castè vivere posse, quomodo
dicere aut sentire potuimus, *castè vivere neminem posse?*
Non pūta te ulli rem tam crassā persuadere posse. Quod
si castitatem conjugio derogas, Spiritu Sancto contradi-
cis 1. Pet. 3. Mulieres subditæ sint viris, considerantes
in timore castam conversationem vestram. Tit. 2. Mo-
net adulescentulas ut viros suos ament, filios suos dili-
gant, sint prudentes, castæ, sobriæ. Arrige hîc aures
Pamphile. Præterea etiam hoc nobis affingis *tam neces-
sariam mortalibus Venerem quàm Cererem*, & ob id licet ha-
tenuis veritus sim contra te dicere tuum illud Mentiris,
nunc tamen ob tam crassum mendacium facere non pos-
sum, quin ad te dicam, Stevarci, peto veniam, Menti-
ris. Nam primò vocabulum Veneris, in deteriore su-
H mitur

mitur partem, & ob id dolose & odiose ita loqueris, dic ergo pro Venere appetitum nuptialem. Deinde licet sic dicas, tamen nondum unquam nobis venit in mentem, dicere æquè necessarium esse mortalibus Appetitum nuptialem quàm Cererem, Nam licet utraq; sint necessaria, tamen ob diversitatem finis, ὁ τρόπος. Modus necessitatis variat: Ceres necessaria est quavis ætate, Appetitus non item. Cereris necessitas statis temporum circulis semper recurrit, Appetitus hic non item. Cereris necessitas absolute necessaria est, omnibus & singulis individuis, Appetitus hic non ita absolute: cum licet hoc aut illud Individuum sit naturalitate tali orbatum, non tamen ita concidat statim speciei conservatio, quàm Individui destructio sine Cerere. Hujus enim finis est, conservare speciem, illius, Individuum. Quod si ergo alias nosti diversos fines, diversificare τὸν ἐπιστημονικὸν in scientijs, & hæc huc contuleris, facile diversum τὸν τρόπον hujus necessitatis intelliges, collapsa & destructa planè captiosa tuæ linguæ ambiguitate & lubricitate. Hæc de fundamento illo suppositio, & à nobis spurio & alieno, de quo tamen cur tam prolixè & nervosè dixerim, jam jam videbis. Sic verò argumentaris pro castimonia Iesuitica: *Si Iesuitæ merito suspecti de libidinosissimis criminibus esse debent, nullus est tanta dignitate, tanta sapientia, tanta probitate & pudicitia, seu vir, seu adolescens, seu maritus, seu viduus, quem non etiam merito Onaniticum, Sodomitam, Adulterum, vel ad minimum scortatorem esse suspicari possimus, id est, aut Iesuitæ sunt casti, aut omnes homines sunt impuritatis crimine notandi, Sed &c. Ergo &c. Proba Antecedentis connexionem. Connexio hæc est, quia Polycarpus & ceteri Prædicantes statuunt, castè vivere neminem posse, atq; tam necessariam mortalibus Venerem, quàm Cererem.* Respondeo, hoc bona venia non est verum, ut supra probavi. Ergo hoc argumentum est scopæ dissolutæ.

Pag. 66.

Et quid audio supra Iesuitæ sic se Regibus & Principibus alligârunt, ut dici nihil posset in Iesuitas, quin
idipsum

idipsum diceretur in Imperatores, & in Reges. Magna erat illa audacia, sed hæc major, imò maxima impudentia est, sic se toti mundo alligare, ut si vel tantillū, quod audire nolint, dicatur, id contra totum mundum statim videatur ejectum. Nī fallor, vos fundamentum & radix estis omnium Statuum, imò verò centrum totius mundi, quo vel tantillum attacto totus mundus contremiscat. Nam ut nostrā Hypothesin, (quæ est, optimum unicum & tutissimum Pudicitiae perfugium esse conjugium,) ad absurdum revoces, mirum in modum sudas. Primum enim absone colligis, *cum multi sint hominum sæpius hoc perfugio destituti, ut mariti diu multumq; peregrinantes, viduae, conjuges, quorum alter ætate robore Cupidine ferneat, alter ægritudine perpetua confidetur, Item mulieres serius nubentes, futurum, ut omnes mortales, incesti, stuprorum, Sodomiae condemnentur, & sic neminem mortalium futurum, qui non aliquando impurus & scelestus sit, Aut castitatem extrâ conjugium conservari posse. Deinde si dentur alia remedia, non posse dici conjugium unicum esse castitatis remedium. Hic mi Steyarci tempus me deficiet, si membratim enumerare velim, quot uno hoc argumento contra nos torqueas Sophismata, quavis anguillâ lubricâ plus lubricus, sed arenam adhibebo, ut te teneam.*

Pag. 68.

1. Perperam & pro figmento tui ingenij accipis Thesis hanc nostram, Conjugium esse unicum, optimum & perfectissimum pudicitiae remedium. Nam Relative hæc dicuntur, & in certo genere. Dicimus remedium, ergò præsupponimus patientem, sanis enim medico opus non est, Luc. 5. & Matth. 9. Tunc ergò quando homines non sentiunt hoc $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron\sigma$, non erit quoq; opus hoc Medico, & ob id non omnibus ex æquo Individuis Conjugium est pudicitiae remedium. Demas enim primò Infantiam, tam Iuvenilem quàm senilem, advertas satietatem expletam medijs legitimis, $\acute{\alpha}\delta\omega\alpha\mu\acute{\iota}\alpha\sigma$ naturales, Donum continentiae quibuidam peculiariter concessum, necesse est.

H 2

2. Ludis

2. Ludis in Vocabulo vnici, quod non in Quanto, sed in Quali acceptum volumus, unde concidit illa contradictio, ut qui vnicum dicamus, admittamus etiam alia præter illud.

3. Putas, si obtineantur alia remedia, præter Conjugium, pudicitia, dari statim, Iesuitas ab omni impuritas suspicione absolvi: Sed non vides, quod committas, τὸ ἄεχθῆ ἀρεῶν, nempe incertum probando per incertius.

4. Procedis à particulari ad universale, nempe à quibusdam hominum generibus, ut peregrinantibus, ægrotis, virginibus serò nubentibus, viduis, ad totum Mundum & ad omnes Mortales.

5. Vbi debebas dicere destitutos conjugio sæpius uri, ibi dicis necesse esse, ut abripiantur in supra & Sodomias. Non enim omnem fervorem sequuntur huiusmodi abominanda facinora; sed vos ne quidem ullum fervorem concedere vultis, præ Angelica in vobis castitate.

6. Nimis audacter de viduarum & serò nubentium virginum honestarum statu pronuncias. Pono enim me dicere, omnes viduas & virgines honestas hoc calore non tangi, An du dicere poteris contrarium, eas uri? Vnde quæso probabis? Mirum nî tibi abdita & secreta cordium quorumcunq; maximè ex auriculari confessione & clandestina carnificinae tortura pateant, ut scias te non in conjectura, sed solida Apodixi fixum tenere pedem. Si non, tum erras, qui ex levicula conjectura astruas conclusionem necessariam, aut opus est ut probè in Gynecæis versatus sis.

7. Si concedatur, extra conjugium Virgines & viduas quasdam etiam maxima ex parte intactam servare virginitatem, non tamen, quo tu collimas, argumentum procedet ad Iesuitas, Nam à sceminis quibusdam ad omnes Iesuitas non valet argumentatio, sicut nec à Turture ad Hircum licet fieri progressum.

8. Si detur extra conjugium servari posse pudicitia, & postea transeas ad Iesuitas, ut ob id Iesuitas quoque
conservare

conservare castitatem concludas, nonne vides quod procedas à possibile ad inesse?

61

9. Quando ais, *demus plura esse libidinum remedia, nonne si ea perpetuò adhibeantur, perpetua poterit esse castitas*, addiditq; *orationem jejunium & cætera*, tum commutas genus propositionum Hypotheticarum in categoricum, cum tamen Conditionalis nihil enunciet, nisi completa causa vel modo in Antecedenti. Dixisti enim SI, Ut hac ratione sexcentas Cripes tui valdè fucati contra nos argumenti sine labore, & quasi per lusum, detegere cuivis sit obvium.

Stat ergò immotum ut tandem me colligam, non esse ita, ut statim, si certetur de castimonia Iesuitica, toti mundo lis moveatur, sed Sophisma grande esse, quo id evincere temerè tentavit Stevarcius. Cætera quæ per diram criminationem et Invektivam in Eliam & Polycarpum subijcit, quorum hic *scelestus*, ille tibi *torris infernalis* dicitur, jam me nihil movent, ut musca susurrare mihi videatur, certa nixus sententia, nec te, nec Iesuitas, nec Papam projicere ullum ad inferos posse, qui indubitata fide in Merito ac sanguine Christi acquiescentes Animam suam Deo committant, quod quia Elias fecit, sicut supersunt hinc adhuc vivi testes, qui placidè morienti adfuerunt, falsò *mortem* illius nominas *rabiosam*, & falsò quoq; *æterno igne* eum *uri* sibilas. Parvipendo etiam illam criminationem, non Eliæ tantum, sed in genere omnium, qui ad nos à vestra captivitate Ægyptiaca egrediuntur, *quod illos religiosos sola ferè libidinis ac veneris explenda cupido cænobijs & collegijs expellat*. Hoc si verum est, ut ponam verum esse, tum illi religiosi jurantes votum cælibatus, vel potuerunt ex se servare illud juramentum, vel non possunt aut potuerunt. Si possunt, non erit hæc vera causa, quã affers, cur à vobis desiscant: Si non possunt, cur permittitis eos jurare, imò pejerare in rem impossibilem? Imò verò cur vana illos spe lactatis, Deum post præstitum votum, gratia & auxilio suo infusurum & largiter daturum esse eis hoc continentiaè donum?

Pag. 70.

donum? Aut si hoc non factum esse probet experientia, cur non pronuntiatis eos solutos juramento, cur non absolvitis illos hoc onere, ne ad nos concedendi ansam habeant? cum leges non debeant esse impossibiles, & juramenta rerum Impossibilium sint mera perjuria.

Acceptant deinde nostræ Ecclesiæ, quod ais quosdam à vobis ad nos desciscere, agnoscentes quod etiam ex impulsu naturali, multi revocentur ad illud signum, Antichristum cognoscendi, quod Paulus ponit 1. Tim. 4. Spiritum Antichristum prohibiturum nubere; & esse hoc præceptum ex numero eorum, quæ doctrinæ dæmoniorum ibidem vocantur. Hac occasione si ad nos redeant, facile ex verbo Dei discent, quo pacto indulgendum sit naturæ, ne horrendam iram fulminis Divini, flagitiose in sextum præceptum peccando, in se accendant & sufflent, nullibi enim magis quam in nostra Ecclesia Lutherana sonat illud Paulinum 1. Cor. 6. Nolite errare neq; fornicarij, neq; idolis servientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, Regnum Dei possidebunt.

Pag. 70.

Cætera tua *multa & magna argumenta Iesuitarum estimonia* parva imò nulla sunt: Tuis erga παρακλήτωσ ambulans, & quoad fieri potest tuis verbis utens Ego, contraria & multò firmiori nexu probabiliter educam, ut quam straminea tua sint, pateat: Nonne enim cuiusvis probabile, imò certum esse potest, eos, qui cum propter insignes animorum corporumq; dotes ad Respublicas trahendi sint, ubi summa animi & vitæ gravitate & exemplo constanti subditis præluere debeant, publicis verò se officijs subducant, nolle potius in tenebris monasticis & nocturnis Eleusinijs vitam agere voluptuosam, & fugere aliorum iudicia, quàm publicè inter honores & amicos se rigori publico submittere, maximè cum Politijs & Rebus publicis servire tantùm non sit, delitijs diffuere & voluptatibus frui, quantùm Sisyphi saxum volvere delicijs & voluptatibus non est annumerandum.

Cui

63

Cui fiat verisimile, quosdam ejus dementiæ esse, ut qui communi hominum vita sanctissime castissimeq; vixerint, ingredi ad Iesu societatem, ut ad culmen Christianæ virtutis & perfectionis ascendant, cum si sanctissime castissimeq; vixerint, antea nihil sit, quod illis amplius adijci possit, nisi fortè velint quod soli Iesuitæ non tantum sanctissimi, sed plus quam sanctissimi sint, & omnium sanctissime sanctissimorum Sanctissimissimissimi, quod vel ipsi (ut vocabulum barbarum & rem barbaram) non concedent. Præterea nihil ne putes ad accendendas flammæ facere delicatum in somno cibo & potu temperantiam aut mollitiem? Nihil ad virtutem continentia natura negatam coactiones, quibus animi ad vetiti & negati desiderium magis inflammantur? Nihilne ocium & cibus alienus? Nihilne animi in literarum studijs defessi, luxurians exspatiatio? Nihilne rara & non cuivis concessa, sacram literarum & librorum lectio? Nihilne disciplina irreligiosa? Nihilne nationum blaterationes coactæ sine mente datæ, ad virgines & mulieres ejectæ & statæ? Nihilne spes Purgatorij, imò bullæ Pontificiæ, & indulgentiæ peccatorum tam futurorum, quàm præteritorum, in multa annorum millia? nullamne præbeat peccandi ansam spes Remissionis peccatorum, vel uni Missæ vel uni Altari, vel uni orationi Dominicæ & Ave Maria certo diei festo annexa, ut nec timor Dei nec æterni ignes quicquam apud Iesuitas proficiat, quo magis castè aut æquè saltem atq; ceteri mortales vivere possint. Nam si ullum hominum genus est, quod istis tam efficacibus ad puritatem mentis & corporis violandam medijs subdolè & efficaciter utatur, societati Iesu hoc imprimis tribuendum. Sed satis est liquidò monstratum, æquè adhuc imò verò magis Iesuitas febrili castitate laborare. Si quis tale suspicetur, non is me herculè statim sceleratus & nequam est, suis moribus ceteros aestimans, alias vel Stevarcius ipse Sodomitam & scelestum judicans Eliam nostrum suo ingenio ipse quoq; alios aestimare diceretur.

Exempla quod attinet, hystoricè ab hystoriographo

pho nostro descripta sic refutat, quod dicat, eum *impudentissimè mentiri*, sic n; excæcatus est, ut in hunc se thronū collocet, ut si dicat, alterū mentiri, alter statim mentiatur velit nolit. Sed postquam ita universa negaverat, subdit tandem, unum esse *cujus mores lapsos esse ad libidinē fateantur*. Quæso subduc exactius calculum, & invenies adhuc secundum, & nī fallor, tertium: jam sufficit, tres enim faciunt collegium. Si inveniri nequitis, doleo vos tantæ cæcitatē processisse, ut in alienis vitijs sitis lynces, in vestris verò talpæ, sit enim plærumq; , ut suum cuiq; Stercus benè oleat: itaq; hoc est consilij, ut, si quid fecistis, negetis. Interim dū sic dicit Stevarcius, (*Quod si in tanta hominū multitudine aliquis simulator aut perversus, aut negligentior in divino cultu, ac observatione legū Religiosarū, tandē erumpat in aliquod flagitiū*) faretur Iesuitas mundos esse, sed non omnes, an autem conveniat vitæ illi, quæ culmen Christianæ perfectionis & virtutis paulò antè dicebatur, ut vel unus flagitiosus immistus sit, judicent cæteri, cum perfectioni hoc Spiritus Sanctus decantet præconium; *T O T A pulchra es amica mea, & macula non est in te*, has dum maculas concedit, quid vetat, Si Historicus noster non statim Hyperbolico & Pharisaico tumore Iesuitas omnes Sanctos & sanctissimos contra rei veritatem prædicet, maximè cum vel una morbida ovis totum inficiat ovile, & quidem ad infectionem, (quod supra astruximus) dispositum.

Pag. 73,

Prætereo cætera, & ferè hoc etiam præterirem, quod ais, *Si quis ad perpetuum se adulterium obliget, tum nobis castum purum & sanctum esse*, sed cum putem te tantæ adhuc verecundiæ esse, ut, si denuò hæc ad aurem tuam ad te dicta recantem, rubore suffundaris, Quæro iterum an is, qui ad perpetuum adulterium se obliget, nobis castus purus & sanctus habeatur? Ha rubescit salva res est, prodit se mentitum fuisse. Sed quid ait ille, te non rubescere? Si non rubescis, perfrictæ jam tandem frontis es, quod ramen nondum spero.

His missis, obijcis Polycarpo, quod cum suis Tubingensi-

gensibus (dum suos nominat, altruit adhuc ipse, Doctorū
in Ecclesiis Lutheranis concordiam) *malitiosissime contra*
Catholicos clament, doceant, minus peccatum sacerdoti aut re-
ligioso cum meretrice consuescere, quam uxorem ducere, quasi
hoc ipso dicant, peccatum esse uxorem ducere. Mentiri &
calumniari nos in catholicos dicit, quid verò mentimur
aut calumniamur? Anne quod hæc thesis apud vos sit in
usu? anne quod sit in confesso? anne quod extet in ve-
stris scriptis; Minus peccatum esse, sacerdoti aut Reli-
gioso concubinam alere, quàm uxorem ducere? Quid
ais, negas hoc dictum? putas sic controversam esse hanc
quæstionem, An hoc sit dictum? Ecce tam certus sum
te negare non posse hanc Thesin à vobis poni, ut opus
esse non putem vel unum locum citare, in quo hoc à vo-
bis dictum extet, nec tu nisi configere cum fratribus tuis
velis, unquam id negabis, imò verò etiam si in margine
quærere videaris, An dictum sit, tamen postea dictum es-
se concedis, Hoc ergò videndum saltem qua utaris hic
Apologia. Quod dum tento, certò tibi prædico, nihil
quicquam tanti Glaucomatis te hîc obijcere posse, ut ul-
los cornicum oculos configas, cum tua illa, ex Regula
falsi falsa supposita Hypothesi, qua ut aures legentium
occupes, sumis falsi aliquid, quod categoricè affirmare,
& tibi & omni Diabolo interdictum est, nempe, tu *Pol-*
lycarpe, inquis, uxorem habes, teq; cum illa nunc pellicem a-
lere faciamus. Item, *pellex vivente priore conjugè vera uxor*
fuit Polycarpo, det fidem pellici, tanquam uxori, ad perpetuum
quasi adulterium se astringet, Et similia: Quæ sic à te profe-
runtur, ut quæstionem hanc tenebris involvas, & ut per
hanc, à te famam lædente, Hypothesin, sumptam de ho-
nesto viro, sceleratè loquaris. Cur verò non sumptum
hic tibi est, Nomen fictum & mutum? Dices te in Hy-
pothesi loqui, & nihil dicere nihilq; asseverare. Verum
est nihil dicis, sed si Hypothesis tibi ex re qualibet sine
discrimine impunè sumenda videtur, age, quid tibi sen-
sus, æquine? si dicam: faciamus Stevarcium Lenonem,
concubinam suam, publicam meretricem, prostituere,

I

Iesuitas

65

Pag. 73.

Pag. 74.

Iesuitas hospites nocturnos diurnosq; esse, & hinc vestigal colligere Papam, unde suas filias, quas etiam ponamus meretrices, pomposè vestiatur, ut Monachis placeant. Age si hæc ita dicantur ex Hypothesi, (ut vides, me illa non nudè asseverare) quid tu dices? nonne, Hypothesin sic formandam non fuisse? benè est: Tibi ergò quod non vis fieri, alteri ne feceris. Interim neq; hac neq; alia Hypothesi illud adhuc obtines, vos conjugium non vituperare, cum dicitis. *Minus peccatum esse Religioso meretricem alere, quàm uxorem ducere.* Nam nemo negat, vos hîc in comparatione loqui, ut tute ipsemet fateris, illud assumo. Confertis ergò meretricem alere, & uxorem ducere: & de collatis his duobus pronunciat, quod unum (nempe Meretricem alere) sit Minus peccatum, Ergò si illud minus, hoc erit Majus: Minus autem malū semper habet rationem boni, Ergò meretricem alere præ Conjugio habet rationem boni. Pono, si hoc habet rationem boni præ alio, tum illud habebit rationem Mali, Conjugium ergò habebit rationem Mali. At verò, quod habet rationem boni præ alio, quod rationem Mali habet, id laudandum, Ergò Meretricem alere laudabile est præ conjugio. Atqui omne laudabile est virtutis, vituperabile vitij, ut docet Aristoteles in Ethicis. Et Vitium est peccatum, Ergò conjugium vobis habebitur peccatum. Quod si verò neutrum præ alio vis laudare, tum neutrum præ alio dic bonum, neutrum præ alio dic majus aut minus, Hoc dum facis, ut de alterutro alterutrum fatearis, necesse est; quod ut adhuc expressius capias, Attende. Tu dices, Te Sacerdotis scortationem & conjugium comparare, hoc accipio. Iam si comparas, tum vel confers ita, ut æquè sint laudabilia Sacerdoti, vel æquè vituperabilia: Hoc non concedis, quia das gradus boni & mali. Aut dices conjugium illi laudabilius, quàm scortationem, & hoc non concedis. Aut dices scortationem laudabiliorem conjugio, & tum habeo quod volo.

Imò verò ipse vituperas conjugium, quando *falsi nominis*

67
nominis Matrimonium in Sacerdotibus & religiosis vos detestari
ais, nam non vitia matrimonij, sed ipsum matrimonium in sacerdotibus detestamini: imò ipse nominas peccatum cum dicis. Neq; verò unquam cum inter
HÆC PECCATA (de quibus hîc loquimur pellicatum & falsi nominis Matrimonium in Sacerdotibus & religiosis) comparatio fit, quia alterum minus turpitudinis habere dicitur, idè alterum tanquam pulchrum ac rectè factum extollitur. At quòdnam est illud alterum, quod minus habet turpitudinis? certè non est tibi conjugium, sed scortatio; si sic est, ut est, idè alterum videlicet Conjugium non extollitur tibi, ut rectè factum, imò utraq; hæc dicis esse peccata. Quod si ergò Stevarcius ipse dicit, ut dixit, uxorem ducere esse peccatum, aut quod idem est, Conjugium rectè contractum aliquibus esse falsi nominis matrimonium, seipsum mendacij & calumniæ arguet, cum Polycarpum & Tubingenses mentiri & calumniari asseverat. Ultimò appendicem adijcis, quod nos improbi & impuri Prædicantes nihil faciamus aliud, quàm ut lapsus & peccata Religiosorum exaggeremus, contra nos dicto citato, ex Augustino, (quod nec pro vobis nec contra nos facit, cum si Syllogismum facias, in nos concludas in secunda figura affirmativè) sed interim tamen si exaggeramus vestra peccata, & lapsus, certum erit vos committere lapsus & peccata, exaggeremus enim ea quæ sunt: quid audio, peccatisne etiam vos, qui in culmine sedetis Christianæ sanctitatis & perfectionis? An vos, qui potestis facere opera supererogationis, & plura facere quàm DEVS flagitavit? An vos, qui Hominem, faciendo dicitis posse vitam æternam promereri? Porro, quòd nos exaggerare dicimur peccata vestra, dum peccata vestra notamus, id nobis non imputes, sed vobismetipsis: & in locum dicti Augustini, habe hoc præceptum Paulinum ad Titum secundo capite: In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in
I 2 integri

Pag. 75.

integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de vobis, 1. Tim. 3. Oportet Episcopum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, quod si feceritis, nihil erit quod à nobis exeggerari poterit.

Pag. 76.

Nunc de Bavaria, ubi memor esto quod in initio dixi, te affingere nobis, quasi dictum sit, quod nunquam in mentem nostram venit: nam hinc asseris Historicum *Bavariam exagitare*, quod dicat ibi Iesuitarum libidines esse cognitatas & manifestatas; citas folium Historiæ 101, ubi nihil aliud de Bavaria legitur, quam quod in Bavaria palam ferant, Iesuitas dolium in Collegium subvexisse ex cuius fundo effracto meretrix in publicis plateis prolapsa sit: sic ibi legitur, quomodo quaeso hinc exagitur Bavaria? quid Bavariæ hoc imputetur, quod hoc ibi & non alibi acciderit: Ipsa enim extra omnem noxam est: & ridiculus esset, qui hoc nomine præter cæteras provincias Bavariam exagitaret, imò verò ego illi præ alijs gratulor, hoc Epigrammate:

*Felicem ô te Bavariam, cui concava cuppa
Non tantum Bacchi dotes, sed munera fundis
Viva Deæ Veneris, dum fundi erumpit ab antro
Nescio quæ famella, meri sub nomine sancta
Gestanda ad Iesuitarum collegia: salve
Vas ô Bavaricum tam fissile, quod sacra prodit
Furta, probasq; simul tibi non hæc sacra probari
Furta: Sed admissi risum teneatis Amici.*

Pag. 77.

Sicut verò hoc nomine provinciam ipsam nullo modo exagitamus, sic & multò magis fingis, quod omnes *Prædicantes Bavariam vehementissimo prosequantur odio*. Nam si per prædicantes, Docentes in Ecclesiis intelligis, quid quaeso si maximè odio ferrentur in illam regionem, proficerent? Si verò Magistratum Prædicantium intelligis, Principes scilicet Augustanæ confessionis addictos, vide

vide quid dicas, non tantum ratione nostrorum Principum, sed etiam respectu ipsius Principis Bavarici inclyti, qui procul dubio sereno animo non ferunt, ex nulla causa aut etiam ex levicula suspicione, rumorem odij & inimicitiarum falso vos disseminare. Et videte ne benevola clementia Illustrissimi illius Principis abutamini, ne ex his & similibus offensis in justam adversus vos iram aliquando convertatur. At ecce jam ab his iterum, ductus tua orbita, relabor ad Iesuiticam castitatem, utpote de qua Contradictoria allata sunt ab Historico, dum concedat severissimas esse Iesuitarum satisfactiones, eos tamen in venerem illicitam promptissimos ac sceleratissimos esse, quomodo hæc sibi consent, dubitas? Dicam, omnis satisfactio præsupponit peccatum commissum, & satisfactio non est nisi pœna admisi sceleris, dum ergo verè dixit Historicus, quod Iesuitæ obscænorum verborum & factorum pœnas dent acerbissimas, luantq; satisfactiones debitas, certè eo ipso jam non falso dixit, esse talia inter illos acerbissima & gravissima peccata. Puto jam hæc inter se tibi quoq; conciliata esse.

Cæteræ contradictiones, non sunt contradictiones verborum, sed actionum vestrarum, & inter se & cum proprijs vestris legibus, de qua supra etiam me dixisse memini. Hoc autem quæris componi, quomodo Iesuitæ suis hominibus *quos ad castitatem compellant, interdum prandia cenasq; amatoria audire & canere jubeant penitentia loco.* Id componitur ex diversi finis, diverso respectu. Quod enim jubeant amatoria carmina repetere penitentia loco, quæ per imprudentiam aliàs cecinere, id ij Seniores, qui hoc imponunt, hoc sine imponunt, non ut sint irritamenta turpitudinis, sed ut in conventu reliquorum gesticularia & ridicula hac recantillatione avocentur in posterum ab hujusmodi cantillationibus: Quod tamen interim hæc recantillationes fiant alijs turpitudinum irritamenta, id vestris legislatoribus imputate, qui tantæ fuerint imprudentiæ, ut non prospexerint sibi de hujusmodi pœnarum generibus, quæ licet in pœnam ex

illorum intentione adhibeantur, aliorum tamen abusu, fiant ipsorum criminum fomites: Quamvis hoc etiam ipsi fortè fecerunt, ut hanc duram carnificinam, intermissa quadam dulcedine attemperarent, & ut probarent se non revera facere id, quod facere tamen viderentur. Unde tantum abest, ut Historicum nostrum vel tantillæ convincas contradictionis, ut tu quoq; Secreta vestra secretiora, ceu promus condus, nobis aperias & exponas,

Pag. 80.

De angelica castitate imitanda quam rideat Historicus noster, obicem non tangis Stevarci: Nec enim castitatem Angelicam ridemus, nec imitandam Angelicam castitatem simpliciter negamus, sed κατὰ τὴν, & quoad talem Imitationis Modum, quæ non vera sit imitatio, sed κακοζηλία. Nam quod Matthæi vigesimo secundo putas *Christum ad castitatem Angelicam nos invitare, cum insinuat eos, qui neq; nubentur neq; nubent, fore similes Angelis Dei*, id ex textu educitur, per illum scripturam explicandi modum, qui dicitur corruptela, vobis valdè germana, quo & Sacram scripturam & Patres ex vi concilij Tridentini corrigitis & mutilatis. Nam si subtilioribus usus fuisses, non Papæ, sed Spiritus Sancti perspicillibus, clarum tibi fuisset, quod Christus ibi loquatur de statu vitæ æternæ, post Resurrectionem, tum enim, inquit, non nubent (in futuro tempore loquitur) neque nubentur; id quod satis certum est, cum ibi loci contra Saducæos de Resurrectione mortuorum in casu matrimoniali disputet. Quæ verò est ratio, Christus ait post hanc vitam, nos futuros esse Angelicæ castitatis, Ergò in hac vita possumus induere Angelicam castitatem. Deinde hoc scito, Imitationes divinarum mentium niti debere expresso Dei mandato, & fieri debere secundum Analogiam fidei & verbi scripti, si secus fiat, est damnabilis κακοζηλία, & qui sic peccant, non imitatores sunt, sed simij. Veluti (quod tu affers) misericordes nos esse debere, ut Pater cœlestis misericors sit, benè. At, quis hinc concluderet: Ergò affectanda

71
affectanda mihi quoq; est omnipotentia, quia Deus o-
mnipotens est, Et ergò affectanda mihi est essentialis
Dei iustitia, quia ille essentialiter iustitia est, blasphe-
mus esset, Item, Christus passus est pro genere humano,
Ergo ego idem imitabor. Christus habuit quinque Vul-
nera, ergò ego quinque vulnera geram, sicut Franciscus
nū fallor. Angeli non edunt, ac bibunt, ergò nos
quoque dum in terris sumus, non edamus aut biba-
mus. Hæc eò prolixius, ut straminea fragilitas tuorum
verborum, quibus aliquid dicere tibi videris, cum nihil
dicas, & videaris aliquid refutare, cum nihil, refutes;
cuiq; palàm reddatur. His autem cautelis adhibitis,
nosmet ipsi quoque, non *diabolicam nequitiam*, ut tu dia-
bolicè calumniaris, sectamur, sed ipsam etiam Angeli-
cam castitatem, majori tamen cum ardore & conveni-
entiorj secundum Scripturam Modo: non in humanis
ἠθελθησκίασ.

Porro de Mulierum consortio evitando dum contra
nos insurgis, itidem facis more tuo solito, ut vel aliud
vel plura nobis affingas, quã inter nos controvertatur.

Nam hoc non est in quæstione, ane mulierum con-
sortium sit fugiendum: sed ane sub specie pietatis sic
fugiendum sit, ut à certis personis etiam non donatis do-
no continentiae in conjugij consortiū asscisci non debe-
ant. Nos negamus, Vos affirmatis. Et ut sub specie San-
ctimoniae idipsum fiat; Afferuntur hoc loco sacrae scri-
pturae loca: Quid putas, unquam in majorem abusum
sacram Scripturam trahi potuisse? quàm si ea, quæ de
solo abusu & cum determinatione dicta sunt, à Spiri-
tu Sancto, nudè & simpliciter accipiantur. Pri-
mum vel illud Ecclesiastici capite nono, qui ait, *Ne
respicias in speciem mulieris*; si ad antecedentia & con-
sequentia oculos deflexisses, comparuisset tibi illum
loqui de mulieribus semper cum Epitheto abusum
denotante, v. 3. nominat Mulierem multivolam, Græcè
ἑταιριζομένην propriè amicabilem vel applicabilem, v. 4.
Mulierem cantatricem, v. 5. virginem considerandam
non

Pag. 80.
& 81.

non esse ait, subijciens ne fortè scandalizeris, ergò ipse seipsum explicat. v. 6. cavere jubet scorta, v. 8. Vnde hæc verba petis, sic legitur, Averte faciem tuam à muliere formosa, & ne circumspicias speciem ἀλλότριον Alienam, quod ipsum inducit abusum malæ concupiscentiæ, in re aliena. At dictum Psalmi 118. *Averte oculos tuos, ne videant vanitatem*, tamdiu nihil pro te faciet, quamdiu probaveris, vel Davidem ullo ibi verbulo de muliere loqui, vel vanitatem idem esse quàm Mulieres, vel saltem sub vanitate Mulieres extra abusum contineri. Sic & dictum Iobi 31. *Pepegi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarēt quidem de virgine*. Hæc si non de abusu illo, qui sit extra conjugium loquantur, tum contra semetipsum erit in eodem capite: cum enim hæc dixisset, primo versu, subiecit in 9. & 10. versu. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium Amici mei infidiatus sum, scortum alterius sit uxor mea: nonne quæso hîc expressè loquitur de castitate conjugali & de conscientia vacante ab adulterio, cum suæ uxoris mentionem faciat. Nunc quæso subduc, Lector, Rationem, quàm egregiè hinc contra nos suum cælibatum astruant Iesuitæ: & quibus hæc Spiritus Sancti consilia stulta videantur; & ipse judica, qua dexteritate & pietate illi utantur in Sacræ Scripturæ lectione, nonne illa, qua Diabolus contra Christum usus est, citans Psalmum 91. & omittens verba hæc: In vijs tuis?

Pag. 81.
82. & 83.

Hæc alicujus adhuc erant momenti, sed quæ nunc sequentur, illa planè sunt futilia. Instruit hîc aciem ex mulieribus cui Polycarpum Ducem præstituit, qui sit Dux Amazonum crepidis & fustibus armatarum contra Iesuitas; quis non rideat hujusmodi Sycophantasmata. In quibus ut & nos parumper, & cum stulto quasi stultescamus colludamusq; , ne Stevarcius sit officij expertus: quis erit quæso Stevarcius in hoc bello? Optarem hîc nobis quendam Ciceronem, qui ut ille pro Pompeio in Oratione pro L. Manil. sic hîc pro Stevarcio diceret, quò Imperator bello huic præficeretur. Sed cum de hoc

73
hoc voto non possim non desperare, ne tamen Stevarcius præfectura omni careat, age ille erit super impedimenta, præfectus Meretricularum: Tu, Domine præfecte, vide, ut sparram quam nactus es, ornes, Nam non minor est Virtus quam quærere parta tueri. Hæc ad tuos jocos. Sed dum jo caris, strenuè calumniaris, imò verò si denuò mentiris dicerem, non mentirer, ut tu, dum inquis, *Prædicantes ac Petulcos Evangelij Ministros interfœminarum greges & cathedras perpetuò effœminatos Herculis exemplo desiderare, colum saepe tenere, ac imperio muliebri subjacere, Amatoria loqui, canere, agere*: Putan' ulli hæc fieri verisimilia, cum apud nos nec greges fœminarum sint, nec cathedræ: nam si gregariæ, quomodo cathedrales, sic enim rectius essent stabulariæ? & vide pellem versipellem, qui paulò ante fœminis nostris præfecit belli ducem Polycarpum, is nunc subijcit eum imperio muliebri, sed fortè æquior est Polycarpo, & de reliquis saltem Prædicantibus hæc vult dicta & accepta. Nova æquitas. Mi Stevarci, tibi si hoc semel proposuisses, ut nil nisi mendacia proferre voluisses in Prædicantes, in id unicum incubuisses, ut mendacia illa verisimiliter protulisses, ne immemor tui ipsius, te ipsum arguisses: puta enim tibi præcipuè dictum esse, Mendacem oportere esse memorem. Sed sinamus hæc calumnias, sicut multas alias, ut fumos sine ullo flabelli ventulo dispesci. Honesti Pontificij rectius de nobis sentiunt, & certò statuunt puram putam calumniam esse, cum dicit Stevarcius *ut apud Æthiopes candor, sic apud Prædicantes castitas & puritas in vitio est*. Tu veni ad Prædicantes, & hac spe indulge tuæ libidinosisimæ Veneri, experieris, non tam nigrum Æthiopè esse, quam tu multa vibice sanguinolentus à carnifice sis abiturus. Si inquã, hoc feceris, hac spe, minus vitij apud Prædicantes reputari libidinè, quam candor apud Æthiopes sit vitio. Aut si hæc Hypothesis gravior videatur, age ut dem æquiorem, lege publicatas passim à Principibus nostris constitutiones provinciales, de his flagitijs, contra quas, si cuivis in-

K

dulgeri

dulgeri licentiam liberrimam putes, non te dignum amplius reputo cui respondeam.

Nunc tandem emergo, o superis sint gratiae, ex coeno & volutabro impurae castitatis & castae impuritatis Iesuiticae. Tu castissime Lector Lutherane, si vel verbum ullum a me dictum, quod tuis castis auribus aliquantò ingratius visum est, id illis congerronibus ad quos sermonem meum direxi, ut a quibus imprudenter abripi fortè potuerim, dum illorum impuritati occurro, imputa: & perge esse ut nomine Lutheranus, sic Re Lutheranus limpidus.

Nunc tertium hujus capituli membrum, quod amputandum restat, occurrit, sed illud, quia nullis aut fibris, aut nervis, aut ligaturis, multò minus ofsiculis constat, quàm facile tam expeditum tibi mihiq; Lector erit negotium: Nam quod praecipuum hìc est, asscittium est, & aliundè assutum, sic ut dum votum obedientiae Iesuiticae ab Historico nostro improbatum, damnet, sic contra non disputet, quasi cum Anabaptistis res sit, qui etià obedientiam in Magistratum negemus. Hoc tuum est Stevarci Cacoëthes pristinum: Nescio an scias discrimen inter Lutheranos & Anabaptistas, si scis, malevolè facis, qui contra officium viri boni, ne dicam Christiani alienam nobis thesin affuas: Si nescis, turpiter facis, qui de rebus ignotis temerè pronuncies. Sed ut ut sit, ad Arcem cautae revocandus es, quam ex verbis ipsius nostri Historici conformabimus, ut te nihil planè ad rem respondisse pudibundè intelligas.

Quæritur an hæc obedientia DEO & verbo ipsius conformis sit, quando Laiola à suis requirit extremam mandatorum executionem, in propriae voluntatis, judicij & intellectus abnegatione & reverentia, non aliter ac si ipsi divinæ majestati obedirent, ut idem velint, idem nolint & ut voluntatè propriam maent, sicut afferuntur ex Cassiano Monacho exempla: Si superior præcipiat palum siccū integrū rigare annum, non quærat utrum id
sit

fit utile vel inutile futurum, facile vel impossibile, sed
obtemperet. Item ad iussum superioris ingentis magni-
tudinis petram quam ne centum quidem homines loco
movere potuissent, conari tollere, profundissimam ma-
ris aquam intrare ad iussum superioris: & iubenti supe-
riori Leænam adducere: subire opera à sensibus abhor-
rentia, & quæ vitæ sunt nociva, naturamq; lædunt &
destruunt; veluti cloacas purgare, opera quibus Deus
tentatur agere, & directè seipsum sub specie cultus divini
in rebus non mandatis divinitus, ac si expressè à Deo
mandata essent, in extrema pericula committere. Hic
status, hæc Arx, hæc quæstio, Iam si pernigres sacrâ scri-
pturam (sed quod nam te in iter abripio?) nunquã hujus-
modi inde evinces Obedientiam: Imò nos auxilio sacræ
scripturæ contrariã probabim⁹. Sic sensit noster Histori-
cus, sic scripsit, sic credidit, nec omnè obedientiã rejecit,
sed talem, cum ipse fateatur expressè, obediendum esse
Magistratui, non solum miti sed etiam δυσκόλω. Ut er-
gò liquida tibi constet adhuc nostri Historici de hoc vo-
to obedientiæ vestræ sententia, sic stat illa. Obedien-
dum est superioribus bifariam, prout illi bifariam ali-
quid præcipiunt: si ea, quæ expressè Deus præcipit,
quæ fieri vult & quæ approbat, mandent tum simpliciter
illa præstanda; Hoc enim non præcipiunt illi supe-
riores suo proprio nomine, sed Dei nomine. Nec adhuc
hic ita mens constringenda est, quasi non liceat tibi ipsi
tecum discurrere, quærere & judicare, anne hæc verè à
Deo præcepta sint, nec ne, an verò ab ijs saltem præce-
pta esse à Deo, dicantur & jactitentur, cum præcepta &
dicta à Deo non sint. Sic enim Paulus 1. Corinth. 11.
Vos ipsi iudicate. 1. Corinth. 2. Spiritualis iudicat om-
nia, & ipse à nemine iudicatur 1. Iohannis quarto,
Charissimi nolite omni Spiritui credere, sed probate Spi-
ritus, si ex Deo sint, quoniam multi Pseudoprophe-
tæ exierunt in mundum. Nihil ergò fiat etiamsi ab im-
perante in præjudicium obedientis. In rebus autem mi-
nus sacris, nondum etiam Deus requirit, ut obediens sit,

vel statua, vel cera, vel cadaver, ut vult Laiola, imò verò Psalmista nondum vult Equum aut Mulum esse, cum inquit, intellectum tibi dabo & instruam te, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et 1. Cor. 10. ut quid enim libertas judicatur ab aliena conscientia: & alijs infinitis locis: Imprimis Coloss. 2. vetat decretis teneri, quæ sunt, rationem quidem habentia Sapientiæ in ἐπιλοβησικία electitijs cultibus, & HUMILITATE & NON ad PARCENDVM CORPORI, Certè si Paulus αὐτόπιστος astaret vestræ obedientiæ operibus, quomodo aliter improbasset vestram Humilitatem, quæ non sit ad parcendum corpori, quæ corpori non solvat debitum Honorem, sed etiam vim & injuriam inferat? Et certò tibi persuadeas, cum quinto præcepto pugnare, si quis seipsum cloacis locisq; impuris, cum sanitatis periculo spontaneo committat, si quis saxum cyclopicum attollere seriò nitatur, & alia hujusmodi nociva & pernicioosa opera subeat: Quod te procul dubio jam ridere intelligo, cum alijs, quibus ipsa Decalogi præcepta præ suis traditionibus vilescunt & sordent, Itaq; te alij cuidam subsannatori iterum deridendum propino: Et sic tandem concludo, cum hæc genuina & germana sit de Obedientia Iesuitica controversia & quæstio, Ergò Stevarcius inanem verberat aëra, & ἄδεν πρὸς ἐπὶ, cum tantoperè extollit virtutem obedientiæ, garrit, ut Iesuitas cæteris ferè Religiosis omnibus in hac virtute præferat. Secundò ergò quoq; garrit, cum ideò improbari nobis hoc votum affingit, quia Servile sit Regi suo vel Hispanos vel ullos alios subditos parere. Tertio ergò etiam garrit, quòd ait, libertatem nobis esse solum scelerum omnium & flagitiorum impunitatem & licentiam, Quarto ergò garrit, intollerabile nobis contra Apostolum Paulum Ephes: 6. & Petrum 1. capite 2. videri obedire Magistratui, sicut Christo. Et quas hîc alias garrit gerras, quas sciens prætereo, ne cum futili gerrone garrire videar prudentioribus.

Pag. 87.

Pag. 98 .

Hoc tamen admodum insigne est, quod sævitia illa
obedien-

77.
obedientiæ, quæ contra naturalem sunt animi affectum, tegere palliare & defendere cupit, scilicet non posse hæc non judicari absurda & inepta à plurimis mortalium, quoniam ipsi eorum fructum & finem non cognoverint unquam. Quis quæso ille fructus & finis, quem plurimi mortalium, te teste, ignorant, quæ illæ res abditæ, quæ vobis solis, ex tertio nî fallor cælo, revelatæ? sic inquit, plurimi quidem mortalium non cognoverunt unquam: At patres Societatis Iesu, qui nullam, quàm sui ipsius victoriam pulcriorem & meliorem; & meliorem eum, qui dominatur animo suo, expugnato re urbium esse sciunt, hæc virtutum summarum quasi rudimenta quædam cupidissimè complectuntur, & in illis se exercent, ut sine quibus ad virtutum & perfectionis culmen ascendere non posse putent. Eho an Patres Societatis soli sciunt, eum, qui dominatur animo suo, meliorem expugnato re urbium? Id quod in Proverbijs Salomonis cap. 6, extare ipse citasti, id Patres vestri soli sciant. Fortè id apud vos, cum Biblia non concedantur omnibus legenda, apud nos DE I beneficio aliter. At dices non illud, sed quod hæc operæ virtutum sint summarum rudimenta. In quibus quæso? Dum humum verrunt? quisquillas cadaverosas è culinis efferunt? dū cloacas purgant? Hæc, hæc, inquit, sunt summarum virtutum rudimenta, in his se exercent, sine his ad virtutum & perfectionis culmen adscendere non datur. Vnde in his vestra perfectio, in his vestrum culmen, in his vestræ virtutes: exercete vos strenuè, per me licet, nos nec virtutes illas, nec perfectionem illam, nec culmen illud tantilli facimus, Maledictus erit, qui in his *ἰθελοδρησικίασ* vel initium, vel medium, vel finem, vel fundamentum, vel culmen perfectionis Christianæ quæsit unquam, Benedictus si alium perfectorem in verbo per fidem quærat.

Sed ad Majestatem regularum vestrarum pingendam & fucandam hoc adfers, non vos illas Decalogo præferre, quod scripsit Historicus. Ille verò nominat Auctorem, nominat tempus, nominat occasionem, quando quidam dixerit, Regulas Lajolæ Decalogum vestrum esse

Pag. 91.

esse; hæc tu dicta aut facta negas, ut ea, quæ defendere nequis, semper negas. Ego ergò te omnesq; Iesuitas sic sentire convincam hoc argumento. In confesso est, & tute ipse bis si non amplius in hac tuâ Apologiâ dixisti, *in vestris regulis & votis positam esse perfectionem, imò summam perfectionem, imò verum culmen perfectionis.* Hæc sunt tua verba. Hinc argumentor. Aut in Decalogo posita erit perfectio, summa perfectio, culmen perfectionis, Aut non erit. Si est, tunc falsò tribuitur à te & Lajolâ vestris Regulis, quod uni Decalogo est tribuendum. Si non est, tum erit vestris regulis Decalogus inferior, & sic præferetis Regulas vestras Decalogo, utpote quæ sint *τελειώσις* & consummationes Decalogi. Si verò dicas, & Decalogo & Regulis utrisq; hanc perfectionem tribui, tum quæro, cur æquales facias vestras regulas Decalogo? & quæro nonne tum habeatis eas loco Decalogi, quod etiam negas? & quæro quid opus sit Regulis novis ab homine conditis, novisq; traditionibus, ubi longè tutius sit ipsum expressum verbum, **DEI** digito scriptum? Quod si dicas, Leges Iesuitarum adjumenta esse legum divinarum; tum certè falsò ipsum τὸ ἄκρον τελειώσις hoc est culmen perfectionis tribuitur adjumentis, quod erat tribuendum rei, cui adjumenta adferuntur. Addo quod dum Regulæ vestræ dicuntur Decalogi adjumenta, adstrui, in Decalogo situm esse culmen perfectionis, non in vestris legibus, per quas tanquam per adjumenta, te iudice, deveniatur tandem ad ipsum perfectionis culmen. Tu quocunq; te vertas, captus es. Igitur consulo tibi, ut manticam ἀκυρολογία ὑπερβολῆς & hujusmodi utilium distinctiuncularum explores domum, num quid sit, quo te liberet.

Num autem leges vestræ verè adjumenta Decalogi sint, nec ne, nondum à te decisum est: tu quidem in hoc desudas, sed nimis fragili argumento, tali nempe: quod regulæ vestræ præscindant ansas & occasiones peccandi, id quod tu multis verbis, sed non majori vi, exaggeras. Non nego occasionem vitare, esse ipsum peccatū vitare, nec nego, videri velle vos regulis vestris occasiones cavere, sed id vobis accidere tamen interim agnosco, quod

79
ijs, qui dum Scyllam vitare volunt, in Charybdim in-
cidunt, & muniendo unum præceptum traditionibus in
verbo DEI non fundatis, destruere alterum. Exempli
gratia utar eo præcepto, quo dictum est; Non concupi-
sces uxorem aut bona proximi tui, id dum circumsepire
vestris legibus contenditis, eò progredimini, ut ipsum
conjugium tollatis, & non malas & illicitas, sed ipsas
legitimas rei conjugalis appetitiones, ceu rem munda-
nam è medio virorù sanctorum & religiosorù auferatis:
& non tantùm non concupiscere uxore alienã, cum lege
Dei prohibeatis, sed & omnè sexum modis à Deo sanctè
institutis petere, coactè inhibeatis. Adeò, ut etiam filij
ipsas matres si contra sentiant, & ad generis conservatio-
nem filios adhortentur, odio canino & Sathanico pro-
sequi jubeantur, ut hac ratione dum muniatur, ex vestro
novo lubitu unum Dei præceptum, destruat & radicitus
evellatur alterum. Ita sunt profectò leges Iesuitarum quasi
adjumenta quædã ac præsidia, divinas leges & mandata
Dei certius & fidelius explendi. Idq; haud aliter, quam
Pharisæorù traditiones, qui eadè intentione nō mala le-
ges Dei munire velle videbantur, inventis suis humanis:
Exempli gratia: mandatū erat ab ipso Deo, cōferendas es-
se opes in cultū divinū ad cōservationē ministerij Leviti-
ci, & ceremoniarū templi Dei: quod & pium erat & Deo
placens, id ut eò fortius munirent, hanc traditionē super-
addiderunt, ut nefas putaretur ex hisce facultatib; ita se-
mel devotè Deo addictis ulli pximo, imò verò ne quidē
ipsis parentibus subvenire. Nonne verò hi dum traditio-
nibus suis uni præcepto præsidia humana addere inten-
debant, alterum Dei præceptū destruebant? Itã est per-
fecto, Christo decernente, qui inquit Matth. 15. Irritū fe-
cistis mandatum Dei propter traditionē vestrã. Cum er-
gò eandem Iesuitæ cum Parissæis ludant fabulã, mutatis
tantum personis, statuunt Iesuitæ, mutato nomine, de se
quoq; idē Christi judiciū pronunciari, cum porrò inquit:
Hypocritæ, benè prophetavit de vobis Iesaias: Populus
hic labijs me honorat, cor autē eorū longè est à me. Fru-
stra autem colunt me docentes doctrinas & mandata ho-
minum.

Hæc

Pag. 93.
94. 95.
96. 97.

Hæc ad illa quomodo Regulæ Iesuitarum sint præsidia Decalogi. Adijcerem etiam cætera tria, quæ subijcis, ut de Magna prudentia & mansuetudine Societatis Iesu in gubernando, quam per quatuor pagellas decantat & laudas, De morte item Iesuitarum, quibus tandem claudis hoc caput tertium. Sed accidit mihi quod Equis generosis, qui post longas itineris molestias festinantius cursum accelerant, quo præsepe illis redditur propinquius, & maximè cum me tacente etiam lector intelligat, ex quo fonte illa Stevarcij laus mansuetudinis Iesuiticæ emergat, & qua fronte ea adstruere possit, cum in omnium ore & oculis sit carnificina illorum & tyrannis plus quàm furiarum, qua non excarnificant alios, sed cogunt suos, seipso violenter afficere, ut proprijs loris, flagris & verberibus sibiipsis sint carnifices. Quod dum Stevarcius negat, & mendacium appellat, quid putas eum non negare & mendacium appellare? Cumq; etiam tibi lector constet, Pontifices & Iesuitas jubere mentes esse in perpetua Remissionis peccatorum dubitatione, quem putes credere posse, summam eorum, de qua mirificè prædicat, in morte animi tranquillitatè, & non potius Historico nostro fidem habere de multis & gravissimis Diaboli & conscientie propriæ conflictibus & terriculamentis.

Pag. 98.

Nunc hoc caput cum Stevarcio claudens dubito, verumné sit, quod Stevarcius se ea tantum refutare dicit, *quæ post Historici nostri librum incredibili fastidio per-volutum inter legendum memoria hæserint*. Credi' hoc Lector? Sat scio, te illud nec credere nec me quoq; tibi illud persuadere posse. Nam admodum accuratè annotavit pagellas Historiæ nostræ, quas qui legendo observat, næ mihi is non obiter librum illum legere solet. Sed ita dicit, ne videatur refutare non potuisse, quæ intacta præterijt: sicut prætendit. At cum Stevarcius affinxerit sæpenumero etiam ea, quæ non fuerunt Historici nostri, incusandus fortè est hoc modo, quòd quia obiter saltem Historiam illam legerit, non rectè omnia conceperit.

An

An autem etiam hoc modo sit extra culpam, tu Lector judi-
ca. Hoc statuo ego, quia Stevarcius sibi refutandas sumsit et-
iam illas theses, quas nobis affinxit, ultrò refutasset etiã alia,
quæ revera extant in historia nostra, si potuisset.

813

QVARTVM CAPVT.

CONfligendum mihi hætenus fuit cum Cerbereo tricipitio
Apologiæ Stevarcianæ, quo feliciter abtruncato, quietem
mihi ipospondi, certò ratus, tot tantisq; modis calumniatum
fuisse Stevarcium, ut nec vox fauci, nec motus ori linguæ-
ve maledicæ novus superesset ullus. Sed cui desint mille ca-
lumniandi artes, qui ab ipso calumniandi artifice regatur, ve-
hatur. Dum ergò anxie novas machinas cavillorum exspe-
ctavi, non me fefellit opinio, ut in hoc ultimo quarto capite
ipsissimum decipiendi animos incautos, infontesq; traducen-
di artificium primò elucescere videretur. Non quòd hîc ampli-
us quicquam esset, quod vel supra non dictum, vel majoris
momenti, quàm præcedentia, videretur, sed quod captiosis-
simum fallendi organon hîc adhibuisset Autor; modo planè
eodem, quo solet calumniarum artifex. Hætenus enim vi-
minis & malesanis mendacijs & disterijs, nihil potuit, itaq;
nunc molliusculis blanditijs se animis Principum ingerere,
& sub vestitu ovium lupinum animum occultare tentavit.
Quo tandem nihil Pharisaicum desit, quod in Orationem Ie-
suiticam non quadret. Nam hoc sibi agendum in hoc capite
ultimo sumpsit; Iesuitas non esse proditores & persecutores
Evangelij & Lutheranorũ, sed heu mihi quàm hîc blandum,
quàm mansuetum, quàm pacificum nomine Iesuitarum exhi-
bet se Stevarcius, quàm benevolum Papam erga Germaniam,
quàm beneficum erga Protestantes, quàm mitem in puniendis
Hæreticis, ut ex Iesuitis ceu ex lupis oves, Harpyis Colum-
bas factas arbitrari possis.

Proh Deum, quot modis captat benevolentiam, quàm
assentatoriè laudat Principes; quàm deprimit elatos Iesuita-
rum animos; quomodo movet affectus, jam mitiores, jam ve-
hementiores: In summa, conversus est Stevarcius planè in
L. Ange-

Angelum Lucis. Nisi quod aliquando celare non possit un-
 gues contra Lutheranos maleficos, dum recurrit & nolenti
 quasi erumpit pristinus Calumniarum animus, planè quod
 fieri dicitur, si Diabolus vel specie Virginis vel Angeli appa-
 reat. Quod ut me non fingere videas, quæso reputa Lector,
 quod supra meministi contra Polycarpum dictum, nimirum
 ei & linguam excidendam & suspendendum esse: & confer
 ea hûc ad illa, quæ hîc habentur, alius tibi per novam Meta-
 morphosin videbitur Stevarci⁹: sic enim habet. *Hoc sanctè pol-
 liceri possem, Iesuitas nulli Regno, Provincia, Civitati, seu Luthe-
 ranae seu Calvinianæ, pacem invidere, nihilunquam contra eos mo-
 liri, imò nullius hominis, ne nequissimi quidè Prædicantis, aut ipsius
 Polycarpi necem optare. Eja magna, imò summa in Prædican-
 tes & Polycarpum observantia, benevolentia, mansuetudo.*
 Pag. 127. *Item: sanguinem ait Protestantium adeò Iesuitæ non sitiunt, ut pro
 eorum salute non dubitarent, multi etiam proprium sanguinem pro-
 fundere, durissimos labores & cruciatus subire. O quanta hæc
 quanta erga nos propensi animi clementia. Non potuit Ami-
 citia, clientela, fides major esse illius apud Comicum, qui di-
 xit; Plurima salute Parmenonem summum suum impertit
 GNATHO. Quid verò tu Lector? Respondes proculdu-
 bio, fugite hinc fugite hinc Lutherani, latet anguis in herba.
 Nam Psalmista canente, Psalmo 54. Molliti sunt sermones
 eius super oleum, & ipsi sunt jacula. Et Psal: 13. Sepulcrum
 patens guttur eorum, linguis suis dolose agunt, venenum
 aspidum sub labijs eorum. Quod qui toto hoc capite semel
 mecum observavit, dignum non judicabit esse, quicquam am-
 plius ad superiora tria capita, ex quibus pleraq; hûc repetun-
 tur, addendum, nec opus esse, Cramben semel datam, reponi
 denuò. Id dum mihi dictum volo, in genere tantum & ὡς ἔν
 παρόδῳ multa paucis in hoc capite comprehendã, operæpre-
 tium non esse statuens, ea, quæ vel suis fundamentis superius
 eruta sint, vel nullis etiam nitantur, & futili περιωλολογία sal-
 tem hîc reblacterentur, refutatione ulla dignari. Ut summa-
 tim ergò de singulis capitellis dicam, de Iesuitis ipsis primò
 agit, eos nec crudeles nec immanes esse, contra Lutheranos.
 Hîc quam verè texat sibi rationes, quibus probaverit Histori-
 cus noster illorum truculentiam, nihil dico: Hoc tantum
 addo.*

addo, Stevarcium quid distent æra Lupinis distinguere non
posse, dum fingit nos ita argumentari: quia Laiola miles fuerit,
aut quia se Iesuitæ milites profiteantur, sub vexillo Christi militatu-
ros, ergò esse truculentos; cum non argumentetur Historicus no-
ster, sed tantum festivas (ut ipse ait) vel suas vel aliorum allu-
siones animo vitæq; Iesuiticæ convenientes conformet & re-
censeat. Quod si verò ita argumentetur, vos, profectò quia ta-
les esse alijs firmioribus argumentis conclusisset, tales esse, ad-
huc convinceret: Id enim quod deest formæ, vos robore rei-
ipsum taliter se habentis confirmatis: Vnde fit, ut quod in me-
dia luce sit positum, non firmis egeat probationum argumen-
tis. Et ut tandem dicam quod res est, quæ non profunt singu-
la, juncta juvant. Tu quod obiter interseris de adulterio The-
ologi cujusdam apud nos magni & pientissimi, id quia aper-
tissimum est mendacium, mendacium Iesuiticum, non mere-
tur responsum. Sed redeo ad vestram Crudelitatem, ad quã
probandam robustius illud est, nec dum à te vel latum unguem
femotum, ex Tyrannide Pontificia, cui se devotissimo voto
adjurant. Quod sic se habet, Romanus Pontifex truculentus
est in Lutheranos. Ergò etiam Iesuitæ sunt truculenti: Ratio
connexionis est, Votum & Iuramentum, quo Papæ in omnibus
sunt obstricti, Nihil puto in connexionione desiderari: Si enim
nexum hunc Iesuitæ solverint, tum se & perjuros & Papæ im-
morigeros, & ab Ecclesia Romana dissimiles & alienos pro-
babunt. At negat antecedens Stevarcius, & contra summo-
rum Pontificum clementem voluntatem in Germanos Prote-
stantes prædicat.

Sed ridetur meritò cum suo hoc Elogio. *Atqui videtur ta-
men clemens esse, qui post exortas pestiferas hæreses, nullum Impe-
rij ordinem bello lacessiverit.* Immensa clementia, & tanta aut
māciō etiam quanta Antonij in Ciceronem, de qua sic ipse
philippica secunda. Victor cum legionibus revertisti ibi me
non occidisti: Magnum beneficiū? Fac te dedisse mihi, quod
non ademisti, meq; à te habere vitam, quia à te non sit erepta.
Debetur ne gratia latronibus, quod vitæ pepercerint? Debe-

bitur hoc nomine gratia ulla Papæ? Imò ne tantillum quidē.
Quod si verò tam posse, quàm velle, esset penes Papam,
crede mihi, non passurum fuisse, hoc nomine quicquam in eo

desiderari. Quæ enim consilia in initio Repurgatæ doctrinæ
 cruenta per suos moverit, loquuntur Historiæ, & tu vel cen-
 ties negando, ne literulam quidem evertes. Appage sis cum
 clementia in nos Pontificia, malumus enim apertum illum
 hostem, quàm falsum fictumq; Fautorem. Beneficia verò il-
 la, quæ de scholis hac illac disseminatis, prædicas, Veneficia
 rectius, non beneficia dixisses. Dij tantam avertite à nostris
 limitibus pestem. Deo sint gratiæ, quod talis apud nos non-
 dum fuerit, qualis in nuptiis gallicis, & nunc proh dolor in
 Hispania: Quid verò, inquires sat scio, ad te quæ in Hispania,
 ubi jure acta quæ acta sunt? Sic enim ait Stevarcius Polycar-
 po: *Quæ summus Pontifex egit contra Hæreticos in alijs Regnis aut*
Provincijs, ea jure fecisse confirmo. Ergò contra jus eum facere
 indubitato concludes, si vel hæc eadem non faciat in Imperio
 germanico, vel facere nequeat. Ha Verispellis vulpes, quasi
 tua non sentiantur vestigia. Audio quid velis cum dieis, *Oro*
TE, mi Polycarpe, ut ad regiones illas, præsertim verò in Hispani-
cas proficiscare, & tantã Tyrannidem Pontificiam illis patefacias.
Nunc illi in tenebris versantur Papisticis, quibus lucem magnam af-
feres; cum charitatem tuam ardentem & flammantẽ viderint. Huc
 huc respice Lector, pedes & ungues Satanæ prominentes, &
 resectos: non potest quin revelet Tyrannidem suam innatam.
 Vocat Polycarpum in Hispaniam: quid ibi futurum, si veni-
 at? visuri sunt illuc charitatem ejus (tu intellige subjectum
 ipsum charitatis, corpus, ossa, venas, carnem) ardentem &
 flammantem. Hoc vult obscurius illis Metaphoris Stevarci-
 us, quæ tamen tegit, sub pelle allegoricæ locutionis, ut An-
 gelus lucis videatur. Intelligenti dictum sat est. Res de cru-
 deli Iesuitarum in nos animo tam clara est, ut non sit ullius
 momenti, ea quæ de seditiosis quibusdam dictis, scriptis, li-
 bris, Possuini & aliorum negas diluere, maxime cum nimis
 sis negando puerilis & inutilis; Veluti exempli gratia: cum
 Elias noster dicit & probat, Iesuitas consilia subdidisse de ex-
 tinguentis Lutheranis per arma: Negat hoc ita Sophista:
Quid si aliò vorsum dixerint, quàm tu accepisti? Quid si non de ar-
mis ferreis, sed de armatura Dei locuti sint? Quid si non gladium illũ
corpora vulnerantem, sed animos penetrantem? Quid si eos, non illo
 corpora

corpora consumente, sed hoc animos ad caelestia elevante igni conflagrare Iesuita quis fortè optavit. Ha, He, non possum quin hic alto rideam cachinno, de huiusmodi nova nec unquam per experienciã probata Grammatica Iesuitica. Mi Lutherane, bono sis animo; nescis, quomodo nuncia illa quæ in Belgico in Gallia, in Italia, in Hispania de tuis consanguineis Amicis familiaribus martyribus narrentur, gladio, laqueo, igni extirpatis, nec scis inquam, quomodo ista nuncia sint explicanda: Ignis Iesuitarum, non est ignis Elementaris: qualis nam ergò, an Purgatorij, aut Inferni, aut cœlorum? nullus talis: sed est ignis Charitatis in animis Iesuitarum. Vah. Gladius non ferreus sed chartaceus est. Eho, Laquei, non linei aut ferrei, sed farcimina nî fallor repleta bolis mulsi & musti pietatis, bonitatis & precum. Et his armis perduntur Lutherani: Quid audio. Sic intelligenda sunt verba Iesuitarum, cum de armis, de laqueis, de gladijs, de igni, & rogo, quibus interimendi sint nostræ confessionis homines loquuntur. Hæc est subtilis illa explicatio, qua Stevarcius in sua Apologia contra nos utitur: Quid hîc sperandum? quid sentiendum, si tam futilibus commentitijs deliramentis putent glaucomata oculis hominum offundi posse? Pudet temporis quod hisce nugis refellendis à me impendatur amplius. Nolo ergò his immorari, si quis vel lippus, ipse hasce nugas facile deprehendet? In quibus quid ipse dicat, certus sum ego, eum nescire; tam longè aberrat ab oleis vagabunda nimium oratione: Mox Pag. 113.
conqueritur de calamitate Germaniæ post exortas hæreses. 114.
Mox Iesuitas pacẽ amare ait: Mox communia incommoda belli & seditionum recenset: Mox perferendos esse ait Lutheranos hæreticos præsertim in Romano Imperio: Mox Pag. 118.
etè dicit fieri & scripturæ sacrae consentaneum, si in illos supplicium statuatur. Mox de libertate religionis sic disserit, ut Pag. 118.
facile videre sit, eum quid de pacificationibus Imperij Anno 1555, erectis, sentiendum sit, planè nescire aut scire non velle. Hic autem qua veritate tu dicas, *Catholicos servare pacta cum protestantibus confirmata* iudicent, ij, quibus constat, insusurrari à vestro Spiritu Antichristi Fidem hæreticis datam, servandam non esse: Licet enim Reges & Principes fidem nobis datam servandam ducant, vos tamen ab honesto hoc proposito

posito abripere studeatis, nequaquam videlicet Fidem datā, Hæreticis esse servandam, & ob id neq; nobis, non quod sumus Hæretici, sed quod nos Hæreticos falso proclametis. Vbi prætereo etiam ea, quibus Prædicantes seditionum & bellorum omnium faces esse gravissimè fingis: nisi fortè hoc nomine tibi faces sint, quod à vestris rogis crementur & in faces, torres, prunas, carbonesq; convertantur. Vt & illud non tango, quod Protestantes rapiant, occupent bona & templa vestra, stuprent virgines & matronas honestas, sint omnibus crudelitibus Pontificijs crudeliores, citatis contra nos quibusdam non Historicis, sed fabulatoribus & pictoribus, qui ex vestris Ecclesijs desumptas ideas mutatis nominibus, in nos veteratorie contorserunt.

Vnicum saltem hoc nomine te velim admonitum: Dicis Protestantes imperij Germanici templa vestra furtivè occupare & rapere. Si de templis vestris agis, ante pacta fœdera pacificationis, tum cur quæso, ea quæ jure belli facta sunt à pijs Principibus nostris, tam malitiosè criminaris, & cur ea, quæ communi totius Regni Germanici consensu, perpetua *ἀμνηστία* sepulta sunt in Comitijs Augustanis Anno 1555, ab Orco quasi revocas? Nescin' exceptionem Rei judicatæ? Si post hæc tempora aliquid factum, ut factum esse vix puto, neq; tu exprimis, cur non nominatim, Tu Papicola, Principem illum vocas in judicium, ut in foro competentis, reddat sui facti rationem?

Cætera cum nihil succi nerviq; habeant, sed purè putè multis verborum phaleris dicantur, non attinet prolixè hinc retexere. Quod si hoc Artis esset, multis verborum anfractibus, hac illac occasione quavis arrepta, & digressiones vanè cumulare, nunquam meherculè ad multos menses verba gariendi deessent.

Nunc alterum quod in hoc capite restat, occurrit quo partim fingis, partim repetis, partim mirifica Metamorphosi benè dicta pervertis, & perversa ingentib⁹ Hyperbolis exaggeras, familias & regiones quasdam certas ab Historiographo nostro famosè tractatas esse. Sed hinc velim Lector, ut ad ea, quæ in superioribus capitibus dicta sunt, redeas; Nimirum,

mirum, Non ea, quæ ad vindicandam nostram ex verbo Dei
doctrinam contra Pontificem & Pontifices proferuntur, po-
liticè diffamare; & ob id in terminis ijs, quibus dicuntur, re-
tinenda esse; Quod si ad politicas diffamationes, secundum
personarum dignitatem, trahantur, sicuti nobis nostrisq;
hanc injuriam inferunt Pontificij, tum sit hoc perverse, ca-
lumniose & veteratoriè, idq; contra nostram mentem & sco-
pum. Nam in iudicio verbi divini, coram Deo, non est lu-
dæus aut Græcus, dominus aut servus. Sic ergò concidunt
omnia illa, quæ nos in *Principes & Reges, Ordines præcipuos,*
familias, civitates, & nominatim in serenissimam familiam Bavari-
cam, in Rempublicam Augustanam, in Fuggericam familiam, ca-
lumniose dixisse calumniatur, calumniator pessimus Stevar-
cius. Nam in omne ævum, nunquam, etiam si omnes, omnes
suas vires, robur, impetum, indolem calumniandi & menti-
endi huc impellat Stevarcius, hoc nostris Ecclesiis verè impu-
tabit, quod politiam evertant, vel politicas dignitates, fami-
lias, stemmata quatenus politica sunt, & politicè confide-
rantur, vel in unico my aut gry lædant & offendant, læserint
& offenderint: Sed quando stultitia vel cæcitas, vel securitas,
vel defensio, vel Servitus Antichristi ex verbo Dei accusanda
sunt, ingenuè fatemur, nos non debere ullis obedire homi-
nibus, magis quàm Deo. Et ut res sit clarior, hoc habe, cum
Lutheranus audacter vi verbi Dei proclamat, Papicolas esse
filios Antichristi, cæcos, securos, impios, stultos, blasphemos
in filium Dei, ejusq; sacrificiū, Idololâtras, Neminem cujus-
cunq; sit conditionis, exhorrescere debet. Iam si quis Pontifi-
cius instet: Eho, hic Rex, hic Princeps est Pontificius, Ergò
est stultus, cæcus, impius à te dictus, Respondebit Luthera-
nus, non est hic dominus aut servus, neq; accusatur Princeps
ut Princeps, sed ut malus Christianus, & ut H O M O, sic ut
nihil derogetur Majestati politicæ. Id quod Reges, Principes,
Familiæ, cum non Dij, sed homines mortales sint, piè per-
pendant, ne impatientes correctionum divinarum patiantur,
quod Nobochdonosaro effreni, Alexandro Magno, aliisque
qui plus quàm humana sibi arrogarunt, Deus offensus & in
furore iræ suæ excandescens, immisit. Tu verò dum conaris
illorum

illorum animos contra nos accendere & inflare, cave sis ne sic cornua Magistratum contra nos armes, ut in te ipsum Deus eadem dirigat, sicut fecit impio Haman, qui Mardocheum æquè detulit ad Regem, sicut tu nos Lutheranos principibus offensos reddere hac tua oratione studuisti, qua de re ut paulisper cogites, velim te ad manum sumere librum Esther, & sub Mardocheo, Esthera, & Iudæis Lutheranos & Ecclesiam eorundem; sub Artaxerxe Principes & Ordines sacri Romani Imperij; sub delatore Haman, te ipsum & tuos assecras subsumas & subintelligas: quo hac consideratione cautius deferre insontes discas, & ab instituto tuo perverso, si locus pœnitentiæ, resipiscas. Qua de re cum sis jam admonitus, nihil restat, quàm ut claudam hoc meum contra te scriptum Apologeticum, certa spe fretus, te, quod voluisti, nimirum Armare contra nos Ordines Romanos, & probare Historiam nostri Historiographi librum famosum esse, nullo modo obtinuisse, Multò minus lucratum, ut vel ulla sententia judicialis in Polycarpum statuatur, vel minima etiam veritatis Historicæ opinio nostræ Historiæ derogetur. Tu jam Stevarci bone Tytyre coge pecus, & disce certò statuere, nondum te huc processisse garrulitatis, ut veram doctrinam phaleris & phlyarijs verborum, Fidem verbis, Veritatem sophismatibus & enervare aut ad pili latitudinem loco movere possis.

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


FINIS



Di. 5255

(X 1744743)

 21





T T R O C I N I U M
A P O L O G E T I C V M

Danielis Crameri,

Pro
Præceptore suo

*Dn. D. P O L Y C A R P O
L Y S E R O, ad vindicandam Historiam
Iesuitici ordinis, ab Eliâ Hasenmul-
lero conscriptam :*

Solidè oppositum futili Apologiae Iesuiticæ, à
P E T R O S T E V A R C I O L E O D I O,
Professore & Parocho Ingolsta-
diano, editæ.



15

94

V V I T E B E R G A E,
Typis M. Georgij Mullerj.
Sumptibus Andreæ Hoffmanni.

